

IN RESURRECTIONE DOMINI SERMO

San Bernardo

PRIMUS SERMON / SERMON PRIMERO

De opprobriis Iudaeorum

Las injurias de los judíos

Capítulo 1

§ 1

Vicit leo de tribu Iuda. Vicit plane malitiam sapientia, attingens a fine usque ad finem fortiter et suaviter universa disponens, sed pro me fortiter, suaviter mihi. Vicit Iudaeorum blasphemias in patibulo, fortem armatum alligavit in atrio, et de ipso mortis imperio triumphavi. Ubi enim sunt opprobria tua, Iudaeae. Ubi sunt, Zabule, vasa captivitatis? Ubi est, mors, victoria tua? Confusus est calumniator, raptor spoliatus est.

Ha vencido el león de Judá. La sabiduría es más fuerte que el mal. Alcanza con vigor de extremo a extremo y gobierna suavemente el universo. Actúa con energía en favor mío, y me trata siempre con blandura. Soportó en la cruz las injurias de los judíos, encadenó en su palacio al hombre fuerte y bien armado, y redujo a la impotencia al que imperaba sobre la muerte. Judío, ¿qué fue de tu arrogancia? Zabulón, ¿dónde tienes el botín? Muerte, ¿dónde está tu victoria? El impostor está avergonzado, y el saqueador desvalijado.

§ 2

Novum genus potentiae! Hactenus victoriosa mors obstupescit Qui tu, Iudaeae, qui pridie ante crucem agitabas caput sacrilegum? Quid sacrum caput hominis Christum exagitabas opprobriis? Christus, inquit, rex Israel, descendat de cruce. O venenata lingua, verbum malitiae, sermo nequam! Non est hoc, Caipha, quod paulo ante dicebas:

Expedit ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat. At illud, quia mendacium non erat non loquebaris de proprio, non a temetipso dicebas. Si rex Israel est, descendat de cruce,

Apareció un nuevo poder. La muerte, siempre victoriosa, está pasmada. ¿Qué dices ahora, judío, tú que ayer levantabas airoso tu cabeza ante la cruz? ¿Por qué lanzas tus dardos a Cristo, que es la verdadera cabeza del hombre? Cristo, dices, Rey de Israel, baja de la cruz. Lengua envenenada, palabras infames, lenguaje perverso. ¿No decías hace un momento, Caifás, que antes que perezca la nación entera contiene que muera uno por el pueblo? Como proferías una verdad, no hablabas por ti mismo, ni sabías lo que decías. Si es el Rey de Israel, que baje de la cruz.

§ 3

hoc plane tuum est, magis autem eius qui mendax est ab initio. Quid enim consequentiae videtur habere, ut descendat, si rex est, et non magis ascendat? Sic non meministi, serpens antique, quam confusus abscesseris olim, eum dicere praesumpsisses: Mitte te deorsum, et: Haec omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me? Sic tibi, Iudaeae, excidit quod audisti, quia Dominus regnavit a ligno, ut regem abneges, quia manet in ligno? Sed forsitan nec audisti, quia non Iudaeis, sed nationibus haec annuntiatio debebatur. Dicite, inquit, in nationibus, quia Dominus regnavit a ligno.

Así opinas tú y el eterno mentiroso. El rey nunca debe descender, sino ascender. ¿No recuerdas, vieja serpiente, la humillación que recibiste al decir: tírate abajo, o te daré todo eso si te postras y me rindes homenaje? ¿Cómo olvidas tú, judío, eso que tantas veces has oído, que el Señor reinó desde el madero, y te mofas de ese rey porque aguanta en el madero? Pero es posible que no lo hayas oído, porque este mensaje no es para los judíos, sino para los gentiles: Decid a los pueblos que el Señor triunfó desde un madero.

Capítulo 2

§ 1

Merito proinde titulum regni Praeses gentilis inscripsit ligno, nec potuit Iudaeus, ut valuit, corrumpere tituli inscriptionem, nedum impedire Dominicam passionem et nostram redemptionem. Descendat, inquit, si rex Israel est. Immo vero quia rex Israel est,

titulum regni non deserat, virgam imperii non deponat, cuius nimirum imperium super humerum eius, sicut praecinit Isaias. Noli, inquiunt Iudaei ad Pilatum, noli scribere: Rex Iudaeorum, sed quia ipse dixit: Rex sum Iudaeorum. Et Pilatus: Quod scripsi, scripsi. Si Pilatus, quod scripsit, scripsit, Christus non perficiet quod incoepit? Ipse enim coepit et salvabit nos.

El gobernador pagano acertó al poner sobre el madero el título de rey; y el judío, aunque lo intentó, no pudo deformar la inscripción, ni impedir a pasión del Señor y nuestra redención. Si es rey de Israel que baje, gritan aquéllos. No, precisamente porque es rey de Israel, no abandona su título real ni olvida su cetro. Lleva al hombro el principado, cantó hace tiempo Isaías. Los judíos insisten a Pilato: no dejes escrito: el re de los judíos; pon: éste dijo que era rey de los Judíos. Pero Pilato contesta: lo escrito, escrito queda. Si Pilato mantiene su palabra escrita, ¿no va a coronar Cristo lo que comenzó? lo decidió y nos salvará.

§ 2

Sed dicunt: Alios salvos fecit seipsum non potest salvum facere. Immo vero si descenderit, neminem salvum faciet. Cum enim salvus esse non possit, nisi qui perseveraverit usque in finem, quanto minus poterit esse Salvator? Alios igitur salvos facit, nam salvatione, cum sit salus, ipse non indiget. Operatur salutem nostram, nec caudam deesse patitur sacrificio vespertino hostiae salutaris. Novit, inique, quid cogites. Non tibi dabit occasionem surripiendae nobis perseverantiae, quae sola coronatur. Non faciet obmutescere praedicatorum linguas, consolantium pusillanimes et dicentium singulis: Tu locum tuum ne deseras, quod sine dubio sequeretur, si respondere possent quia Christus suum deseruit.

Ellos siguen diciendo: ha salvado a otros y él no se puede salvar. Pero si descendiera de la cruz no salvaría a nadie. Si el que quiere salvarse debe perseverar hasta el fin, con mayor motivo quien desea ser el Salvador. Por eso salva a los demás, porque él mismo es la salvación y no necesita salvarse a sí mismo. Está realizando nuestra salvación, y no quiere dejar incompleto el sacrificio vespertino de la víctima propiciatoria. Intuye tus pensamientos. No esperes que te brinde la menor ocasión de arrebatarnos la perseverancia y con ella la corona. No apagará la lengua que predica, ni la que consuela a los débiles, o dice al oído de cada uno: no te retires. Y no se atreverían a pedir esto si pudiéramos responderles que Cristo abandonó su puesto.

§ 3

Proni sunt enim sensus hominis et cogitationes in malum. Sine causa, maligne, parasti sagittas tuas in pharetra, et discipulorum suspiria cumulas opprobriis Iudaeorum. Illi quippe desperant, isti improperant, sed Christum neutra tela nocebunt: Aliud tempus elegit confortandis discipulis et adversariis confutandis.

El corazón del hombre se pervierte desde la juventud. Has fracasado ajustando saetas a la cuerda, y aumentando la ansiedad de los discípulos con los insultos de los judíos. Aquéllos pierden la esperanza, y éstos insultan alevosos, pero a Cristo no le afecta ni lo uno ni lo otro. Ya le llegará el momento de alentar a los suyos y humillar a los enemigos.

Capítulo 3

§ 1

Interim patientiam magis exhibet, humilitatem commendat, oboedientiam implet, perficit caritatem. His nempe virtutum gemmis quattuor cornua crucis ornantur, et est supereminetior caritas, a dextris oboedientia, patientia a sinistris, radix virtutum humilitas in profundo. His ditavit trophaeum crucis consummatio Dominicae passionis, cum ad Iudaeorum blasphemias humilis, ad vulnera patiens, intus linguis, clavis exterius pungeretur. Nam et caritas in eo perfecta est, quod pro amicis animam posuit, et oboedientia consummata cum, inclinato capite, tradidit spiritum, factus oboediens usque ad mortem.

Mientras tanto derrocha paciencia, manifiesta humildad, practica la obediencia y llega a la cumbre del amor. Estas son las cuatro piedras preciosas que engalanan los cuatro extremos de la cruz: en o más alto el amor, la obediencia a la derecha, la paciencia a la izquierda, y en el suelo la humildad, fundamento de las virtudes. Mira las riquezas que aportó la pasión del Señor al triunfo de la cruz: humildad frente a las blasfemias de los judíos y paciencia en los tormentos; interiormente le torturaban las lenguas, y por fuera los clavos. Pero su amor era tan inmenso que dio la vida por sus amigos, y en un gesto sublime de obediencia, reclinó la cabeza, entregó el espíritu, obedeciendo hasta la muerte.

§ 2

His spoliare dotibus, hac privare gloria Christi satagebat Ecclesiam, qui dicebat: Si rex Israel est, descendat de cruce. Nimirum ut non sit iam oboedientiae forma non incentivum amoris, non patientiae vel humilitatis exemplum, sed deleri habeant ex Evangelio verba illa suavissima et dulciora super mel et favum: Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis e, et ad Patrem: Opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam, itemque ad discipulos: Discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et: Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum.

Estas riquezas y esta gloria quería arrebatarse a la Iglesia de Cristo el que gritaba: si es rey de Israel que baje de la cruz. Quería suprimir el modelo de obediencia, el estímulo del amor, y hasta el más mínimo ejemplo de paciencia y humildad. Y aquellas tiernas palabras del Evangelio, más dulces que el panal de miel: no hay amor más grande que dar la vida por los amigos. Y aquellas otras que dirige al Padre: he llevado a cabo la obra que me encargaste. O las que confía a los discípulos: aprended de mí que soy manso y humilde de corazón. Cuando me levanten de la tierra atraeré a todos hacia mí.

§ 3 Hoc enim est quod dolet venenati serpentis astutia, exaltatum in deserto serpentem aeneum, cuius intuitu sanentur vulnera quae inflixit. Alioquin quonam alio instigante misisse credimus uxorem Pilati ad ipsum, dicentem: Nihil tibi et iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum? Timebat ergo iam tunc; sed nunc maxime, virtute crucis enervari se sentiens inimicus, sera ducitur paenitentia, et quos instigavit ad crucifigendum, instigat ad suadendum ut de cruce descendat. Denique si rex Israel est, inquiunt, descendat de cruce, et credimus ei.

La envenenada y astuta serpiente no soporta esa otra serpiente de bronce colocada sobre el estandarte, que cura las heridas de quienes la miran. Por eso instiga a la mujer de Pilato diga a su marido: deja en paz a ese inocente, que esta noche he sufrido mucho en sueños por causa suya. Ya tenía miedo entonces. Pero mucho más ahora. El enemigo se siente impotente ante el poderío de la cruz, y quiere volverse atrás cuando ya no hay remedio: a los que antes incitó a crucificar, ahora quiere le convenzan que baje de la cruz. Y dicen: si es rey de Israel, que baje de la cruz y le creemos.

§ 4

Haec plane serpentis astutia haec adinventio nequitiae spiritualis. Audierat impius Salvatoris vocem dicentis: Non sum missus nisi ad

oves, quae perierunt, domus Israel, et noverat, quantum pro salute illius populi zelum gerere videretur. Propterea malitiose nimis linguas erudiens blasphemorum, suggerebat ut dicerent: Descendat, et credimus, quasi nihil iam posset obstare quin descenderet, qui eorum credulitatem tantopere desideraret.

¿Es posible una astucia más serpentina y un artificio más perverso? El Salvador había dicho: sólo me han enviado para las ovejas descarriadas de Israel, y todos sabían con qué ardor se había entregado a salvar a su pueblo. Por eso ahora el malvado quiere enmascarar las lenguas blasfemas y que digan: que baje y le creemos. Como queriendo decir: ya no existe ningún impedimento ara que baje, porque lo único que desea es que creamos en él.

Capítulo 4

§ 1

Sed quid machinatur, aut cui parat insidias versipellis? Nempe ei in quo nihil proficiet inimicus, et filius iniquitatis non apponet nocere ei. Non movetur vana pollicitatione, qui novit omnium corda, sicut nec exprobratione blasphema mitissimus omnium movebatur. Eo quippe tendebat malitiosa suasio, non ut ipsi crederent, sed nostra quoque, si qua erat, fides in eum omnimodis deperiret. Legentes enim: Dei perfecta sunt opera, quando fateremur Deum, qui salutis opus reliquisset imperfectum?

Pero ¿qué atenta o contra quién trama asechanzas este astuto? Nada menos que contra aquel a quien no lo engañará el enemigo ni los malvados lo humillarán. Las vanas promesas no afectan al que ve el interior del hombre. Ni le intimidan las ruines blasfemias, al que es la mansedumbre por excelencia. Lo que pretende esta diabólica sugerencia no es que aquéllos lleguen a creer, sino que desaparezca por completo nuestra fe pobre y vacilante. Porque si se nos dice que las obras de Dios son perfectas, ¿cómo íbamos a creer en Dios, al ver que dejaba incompleta nuestra salvación?

§ 2

Sed audiamus quid ad haec Christus respondeat per Prophetam. Quaeris signa, Iudae? Exspecta me in die resurrectionis meae. Si vis credere, maiora iam tibi opera demonstravi. Multiplicavi signa, sanitates perfeci heri et pridie; hodie magis habeo consummari.

An non maius erat, quod vidisti e corporibus obsessis spiritus exire malignos et grabatis suis exsilire paralyticos, quam e manibus meis vel pedibus clavos resilire quos infixisti? Sed patiendi tempus est, non faciendi, et passionis horam sicut praevenire frustra conatus es, sic nec poteris impedire.

Escuchemos, en cambio, qué responde Cristo, usando las palabras del Profeta. Judío, ¿quieres una señal? Pues espérame el día de mi resurrección. Si quieres creer ya tienes pruebas mucho mayores que ésta. He realizado prodigios, he curado a los enfermos ayer y anteayer. Hoy debo morir. ¿No es mucho más asombroso hacer salir de los posesos a los espíritus inmundos, como tú mismo lo has visto, o que los paralíticos corran con sus camillas al hombro, que quitarme estos clavos que tú has puesto en mis pies y manos? Ha llegado el momento de sufrir, no de hacer. Y así como no habéis podido adelantar la hora de la pasión, tampoco podréis impedirla.

Capítulo 5

§ 1

Sed si adhuc generatio prava et adultera signum quaerit, non ei dabitur nisi signum Ioniae Prophetiae: non signum descensionis, sed signum resurrectionis. Quod si Iudaeus non quaerit, amplectatur et gaudeat christianus. Vicit enim Leo de tribu Iuda. Suscitatus est paterna voce leonis catulus; clauso prodiit tumulo, qui de patibulo non descendit. An vero id maius sit, inimici nostri sint iudices, qui tam curiose munierant monumentum, signantes lapidem cum custodibus.

Mas si esta gente idólatra y perversa sigue pidiendo señales, no se les dará otra que la del profeta Jonás no del Jonás que descende, sino del que resurge. Si el judío no la acepta, recíbala lleno de gozo el cristiano. Sí, ha vencido el león de Judá. A la voz del Padre despertó el cachorro. Rasgó las entrañas del sepulcro, el que no quiso bajar de la cruz. Nuestros enemigos Juzgarán si esto es o más extraordinario: ellos que habían sellado la losa, y asegurado con guardias la vigilancia del sepulcro.

§ 2

Hunc enim lapidem magnum valde, de quo mulieres illae devotae invicem quaerebantur, facta iam resurrectione Dominica, revolvit

Angelus et resedit, sicut scriptum est, super eum. Constat proinde clauso exiisse tumulo redivivum corpus, quod clauso Virginis utero natum processit in vitam, et ad discipulos clausis introivit ianuis in conclavim. Sed est locus unde clausis noluit procedere ianuis, carcer utique gehennalis. Confregit siquidem ferreos vectes, repagula universa contrivit, ut libere suos educeret, quos redemerat de manu inimici, et plenis egrederentur portis agmina dealbatorum, qui laverant stolas suas et candidas eas fecerant in sanguine Agni: candidas prorsus in sanguine, quia exivit cum eo et in eo etiam aqua dealbans, et testimonium perhibet ipse qui vidit. Aut certe candidas in sanguine, Agni novelli sanguine lacteo, candido et rubicundo, sicut habes in Cantico canticorum: Dilectus meus, ait sponsa, candidus et rubicundus, electus ex millibus. Inde est quod in stola candida et fulgureo vultu testis quoque resurrectionis apparet.

Esa gran losa que tanto preocupaba a las piadosas mujeres, al resucitar el Señor la corrió un ángel y se sentó encima. De este modo el cuerpo salió lleno de vida de un sepulcro bien cerrado, como había nacido del seno intacto de una Virgen, y se presentó donde estaban reunidos los discípulos con las puertas atrancadas. En cambio, hay un lugar de donde no quiso salir con las puertas cerradas: la cárcel del infierno. Rompió los cerrojos de hierro y arrancó las aldabas, para sacar tranquilamente a los suyos, a los que había rescatado del enemigo. Y con las puertas de par en par salieron los radiantes escuadrones que lavaron y blanquearon sus vestiduras con la sangre del Cordero. Sí, las blanquearon con la sangre, porque juntamente con ella, como atestigua el que lo vio, también brotó agua que emblanquece. También podemos decir que las blanquearon en la sangre, en esa sangre y leche a la vez del Cordero blanco y sonrosado del Cantar: Mi amado es blanco y sonrosado, descuella entre diez mil. Por eso el testigo de la resurrección tiene aspecto de relámpago y viste todo de blanco.

Capítulo 6

§ 1

Iam si Iudaeorum confutandis calumniis sufficere videtur hoc ipsum, quod clauso egressus est monumento, cui insultantes dicebant: Si rex Israel est, descendat de cruce, -curiosius namque monumentum claudere et signare studuerant quam infigere clavos-, si igitur vicit Leo de tribu Iuda in hoc processu et maius demonstravit opus quam peterent, ipsum iam resurrectionis miraculum cui poterit comparari?

Para rechazar las falacias de los judíos le bastó salir de una tumba cerrada. Ese mismo a quien poco antes insultaban: si es rey de Israel, que baje de cruz. Habían puesto más empeño en sellar y asegurar el sepulcro, que en sujetar los clavos. Si el león de judá ha vencido en todos estos acontecimientos, y ha hecho mucho más de lo que le pedían, ¿a qué podremos comparar el milagro de la resurrección?

§ 2

Legimus quidem nonnullorum praecessisse resurrectiones, aut magis certe suscitationes, sed istius praeambulas, quibus et duplici privilegio noscitur praeeminere. Nam ceteri quidem resurrexerant iterum morituri; Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Illi mortui denuo opus habent iterum suscitari; Christus, quod mortuus est, peccato mortuus est semel; quod autem vivit, vivit Deo, vivit in aeternitate. Merito proinde resurgentium primitiae Christus e, qui ita surrexit, ut cadere non adiciat, qui solus attigit immortalitatem.

Se nos dice que antes habían ocurrido otras resurrecciones, o retornos a la vida. Eran preludio de ésta, la cual las aventaja por doble motivo. Aquéllos resucitaban pero volverían a morir. Cristo, en cambio, resucitado de la muerte no muere ya más, la muerte no tiene dominio sobre él. Aquéllos al volver a morir necesitaban resucitar de nuevo. En el caso de Cristo su morir fue un morir al pecado de una vez para siempre; y su vivir es un vivir para Dios, eternamente. Con razón decimos que Cristo es la primicia de los resucitados: resucitó de tal modo que no vuelve a morir es inmortal.

Capítulo 7

§ 1

Est et aliud, in quo resurrectionis huius innotescat gloria singularis. Quis enim in omnibus ceteris suscitavit aliquando semetipsum? Ineffabile istud est, ut a morte se excitet ipse qui dormit; singulare est, non est qui faciat, non est usque ad unum. Elisaeus propheta mortuum suscitavit, sed alterum, non seipsum. Ecce enim quot annis iacet ut monumento, quod a se non potest, sperans ab alio suscitari, ad eo utique, qui triumphavit mortis imperium in seipso.

Existe otro motivo que hace especialmente gloriosa su resurrección. ¿Hubo jamás alguien que se resucitara a sí mismo? Es inefable que

un muerto se despierte a sí mismo. Es algo único, y nadie más lo puede hacer. El profeta Eliseo resucitó a un difunto, pero era otra persona distinta de él mismo. Y hace ya muchos siglos que yace en el sepulcro, esperando que le resucite otro, porque él no puede hacerlo por sí mismo.

§ 2

Inde est quod ceteros quidem dicimus suscitatos, Christum resurrexisse, qui solus virtute propria victor prodiit de sepulcro: siquidem et in hoc vicit Leo e tribu Iuda. Quantum poterit, immo quid non posse videbitur vivens, et dicens Patri: Resurrexi, et adhuc sum tecum, qui tam potens exstitit deputatus cum mortuis, sed inter mortuos liber?

Ese otro es el que triunfó de la muerte en sí mismo. Por eso decimos que algunos han sido resucitados, y que Cristo ha resucitado: es el único que salió triunfante del sepulcro por su propio poder. Así lo vencido el león de Judá. ¿Cuál no será su poder, o qué no podrá hacer ahora el que está vivo y dice a su Padre: he resucitado y estoy contigo, si fue tan poderoso cuando lo tenían como un muerto más, aunque un muerto muy libre?

Capítulo 8

§ 1

Nec vero resurrectionem distulit ultra tertiam diem, ut Propheta fidelis inveniatur, qui dixit: Vivificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Decet nimirum, ut quemadmodum caput praecessit, sequantur membra. In patibulo sexta feria redemit hominem, ipsa die qua fecerat hominem in initio; sequenti die sabbatizavit in monumento, consummato opere quod suscepit; tertia vero, quae prima dierum est, primitiae dormientium novus homo apparuit mortis victor.

No quiso demorar más de tres días la resurrección para confirmar el oráculo del Profeta: en dos días nos hará revivir, y al tercer día nos resucitará. Conviene además que donde está la cabeza le acompañen los miembros. Era el día sexto de la semana cuando redimió al hombre muriendo en la cruz, el mismo día sexto en que lo había creado. Al día siguiente descansó en el sepulcro, con toda su obra terminada. Y al tercero, que ahora es el primero, apareció el hombre nuevo, vencedor de la muerte y primicia de los que duermen.

§ 2

Ita et nos quicumque sequimur caput nostrum, tota hac die qua plasmati e et re empti sumus, non cessemus agere paenitentiam, non cessemus tollere crucem nostram, perseverantes in ea, sicut ipse perseveravit, donec dicat Spiritus ut requiescamus a laboribus nostris. Neminem audiamus, fratres, non carnem et sanguinem, non spiritum quemlibet, descensum a cruce suadentem.

Nosotros, pues, que seguimos a nuestra cabeza, vivamos entregados a la penitencia en ese día en que fuimos creados y redimidos. Carguemos con la cruz y perseveremos en ella como él perseveró, hasta que el Espíritu nos mande descansar de nuestros trabajos. No prestemos oído a nadie que nos invite a bajar de la cruz, aunque sea de nuestra propia carne y sangre, o un espíritu. Perseveremos en la cruz y muramos en ella. Que nos descuelguen las manos de otros, no nuestra inconstancia. A nuestra cabeza lo descolgaron unos santos varones. Que envíe él ahora a sus ángeles y nos bajen a nosotros.

§ 3

Persistamus in cruce, moriamur in cruce; deponamur aliorum manibus, non nostra levitate. Caput nostrum deposuere viri iusti; nos vero dignatione sua angeli sancti deponant, ut consummata viriliter die crucis, secunda, quae post mortem est, quiescamus suaviter, dormiamus feliciter in sepulcris, exspectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei, qui resuscitabit corpora nostra tertia demum die, configurata corpori claritatis suae. Foetent quatruiduani, sicut de Lazaro scribitur: Iam foetet, Domine: quatruiduanus enim est.

Mientras tanto vivamos con valentía el día de la cruz, descansenos en paz otro día en el sepulcro, aguardando dicha que esperamos, la venida de nuestro Dios, que nos resucitará a los tres días, transformando nuestro ser con su resplandor. Porque los difuntos de cuatro días, como Lázaro, huelen mal; recordemos la Escritura: Señor, ya huele mal, lleva cuatro días.

Capítulo 9

§ 1

Adinventio filiorum Adam quartam formavit diem, quam a Domino non accepit. Propterea, corrupti sunt et abominabiles Facti, tamquam iumenta in stercore putruerunt. Divinae siquidem ordinationis est triduum quod praediximus, in labore, in requie, in resurrectione. Placent haec filiis hominum, sed suam volunt praeferre diem, differentes paenitentiam, ut indulgeant voluptati. Non est haec dies quam fecit Dominus quatruiduani facti sunt, et iam foetent.

Los hijos de Adán han añadido un cuarto día, que no procede del Señor. Por eso se corrompen cometiendo execraciones, y se revuelcan en sus heces como los animales. El plan divino es de tres días: dolor, descanso y gloria. Los humanos aceptan esto, pero anteponen su día; y de ese modo retrasan la penitencia para entregarse al placer. Ese día no lo ha hecho el Señor. Tienen ya cuatro días y huelen mal.

§ 2

Non novit hanc, quod de Maria natum est, Sanctum: tertia resurrexit die, ne videret corruptionem. Vicit itaque leo de tribu Iuda. Occisus est agnus, sed vicit leo. Leo rugiet, quis non timebit? Leo, inquam, fortissimus bestiarum, qui ad nullius pavebit occursum, scilicet Leo de tribu Iuda. Paveant qui abnegaverunt, qui dixerunt: Non habemus regem nisi Caesarem. Paveant qui dixerunt: Nolumus hunc regnare super nos. Redit siquidem, accepto regno, et malos male perdet.

El Santo que nació de María no hizo tal cosa: resucitó al tercer día y no conoció la corrupción. Por eso ha vencido el león de Judá. Murió como un cordero y venció como un león. Ruge el león, ¿quién no temerá? El león, el más valiente de los animales, el que no retrocede ante nadie. El león de Judá. Tiemblen quienes lo rechazaron diciendo: no tenemos más rey que al César. Teman quienes decían: no queremos a éste por rey. Ha vuelto con el título real y hará morir de mala muerte a estos malvados.

§ 3

Vultis nosse quia redit, accepto regno? Data est, inquit, mihi omnis potestas in caelo et in terra. Sed et Pater in Psalmo: Postula a me, ait, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae. Reges eos in virga ferrea, et tamquam vas figuli confringes eos. Fortis siquidem leo est, non crudelis; gravis tamen indignatio eius, et intolerabilis ira columbae. Sed pro suis Leo rugiet, non in suos.

Paveant alieni; tribus Iuda magis exsultet.

Y sabemos que ha vuelto con el título real porque nos dice: se me ha dado plena autoridad en el cielo y en la tierra. Y su Padre añade en el salmo: pídemelo, te daré en herencia las naciones; en posesión los confines de la tierra; los gobernarás con cetro de hierro, los quebrarás como jarro de loza. El león es fuerte, no cruel; su indignación es terrible. La ira de la paloma es insoportable. Pero este León rugirá en favor de los suyos, no en contra de ellos. Teman los extraños y salte de gozo Judá.

Capítulo 10

§ 1

Gaudeant qui induti sunt confessione, quorum omnia ossa dicunt: Domine, quis similis tibi? Leo de tribu Iuda radix David. Dicitur enim David desiderabilis, vel manu fortis; et idem ait: Ante te est omne desiderium meum, et: Fortitudinem meam ad te custodiam. Radix, inquit, David. Non David radix eius, sed ipse radix David, quia portat, et non portatur. Merito, David sancte, filium tuum vocas dominum tuum, quia non tu radicem portas, sed radix te. Radix fortitudinis tuae et desiderii, radix desiderabilis, radix fortis. Vicit Leo de tribu Iuda, radix David, aperire librum et solvere septem signacula eius e. Apocalypsis verba sunt haec. Discant qui non legerunt, recolant qui noverunt.

Regocíjense quienes le alaban y proclamen: Dios mío, ¿quién como tú? Tú eres el león de Judá y la raíz de David. David significa envidiable o de mano fuerte. El mismo dice: no se te ocultan mis deseos. Y en otro lugar: por ti conservo mi fuerza. Ha dicho Raíz de David. No es David raíz de él, sino él la raíz de David. Porque él es quien lo sostiene y no al revés. Tienes razón, David, en llamar señor tuyo a tu hijo, porque no eres tú quien sostiene a la raíz, sino que es la raíz la que te sostiene a ti. Él es la raíz de tu fuerza y de tu deseo, una raíz envidiable y vigorosa. Ha vencido el león de Judá, la raíz de David él abrirá el rollo y sus siete sellos. Son palabras del Apocalipsis. Apréndanlo quienes lo ignoran, y recuérdanlo quienes lo sabían.

§ 2

Vidi, inquit Ioannes, in dextera sedentis super thronum, librum signatum sigillis septem, et non erat qui legeret vel aperiret. Et ego ait, flebam multum, quod nemo aperire librum dignus inveniretur. Et unus

de senioribus dixit mihi: Ne flevetis; ecce vicit leo de tribu Iuda, et cetera. Et vidi, et ecce in medio throni Agnum stantem, tamquam occisum; et veniens accepit librum de dextera sedentis in throno, et aperuit librum factaque est laetitia magna et actio gratiarum.

Escuchemos nuevamente a Juan: En la diestra del que está sentado en el trono vi un rollo sellado con siete sellos, y nadie podía abrirlo ni examinarlo. Y continúa: lloraba yo mucho porque no había nadie que fuera capaz de abrir el rollo. Entonces uno de los ancianos me dijo: no llores, ha vencido el león de la tribu de Judá, etc. Entonces vi entre el trono un cordero: estaba de pie, aunque parecía degollado. Se acercó y recibió el rollo de la diestra del que está sentado en el trono; lo abrió y hubo gozo y alegría, con acción de gracias.

§ 3

Leonem Iohannes audierat, et agnum vidit. Agnus occisus est, agnus accepit librum, agnus aperuit, et apparuit leo. Denique dignus est, aiunt seniores Agnus qui occisus est, accipere fortitudinem: non mansuetudinem amittere, sed accipere fortitudinem, ut et agnus maneat, et sit leo. Plus dico, ut mihi videtur, idem etiam liber est qui non poterat aperiri. Quis enim dignus inveniretur aperire hunc librum? Indignum se profitetur et ipse Baptista Iohannes, quo in natis mulierum maior nemo surrexit. Non sum, inquit, dignus solvere corrigiam calceamenti eius. Venerat enim ad nos calceata maiestas, divinitas incarnata; venerat Dei Sapientia, sed in libro clauso utique et signato. Quod ligabat corrigia calceamenti, hoc claudebant signacula libri.

Juan oyó al león, y vio el cordero. Y los ancianos aclaman: El Cordero que está degollado merece todo poderío. Sin perder la mansedumbre recibe la fortaleza: sigue siendo cordero y se convierte en león. Y me atrevo incluso a decir que él mismo es el libro que nadie podía abrir. ¿Hay alguien capaz de abrir este libro? El mismo Juan Bautista, el más grande nacido de mujer, se considera indigno. No merezco ni desatarle la correa de las sandalias. Efectivamente: la majestad vino a nosotros con unas sandalias, la divinidad se hizo carne. Teníamos la Sabiduría de Dios, pero en un rollo cerrado y sellado. Allí lo atan las correas de las sandalias, aquí lo ocultan los sellos del rollo.

Capítulo 11

§ 1

Sed quid dicimus super his septem? An forte triplex animae virtus, ratio, memoria et voluntas, et quadrifaria corporis compositio, ex elementis videlicet quattuor, in his septem intelligenda est, ut nihil de veritate humanitatis defuisse noverimus Salvatori? An magis humanitas eius ipse est liber, et quaerenda sunt signacula septem?

¿Y cuáles son esos siete sellos? ¿No podíamos pensar en las tres facultades del alma: inteligencia, memoria y voluntad, y en los cuatro elementos del cuerpo? De este modo el Salvador participa realmente de nuestra naturaleza humana. ¿O tal vez el libro es su naturaleza humana, y debemos buscar los siete sellos?

§ 2

Septem enim quaedam arbitrator inveniri, quibus maxime celabatur in carne praesentia maiestatis, ut non posset aperiri liber et sapientia quae latebat agnosci. Sunt autem quae occurrunt interim, Matris desponsatio, qua partus virginis et conceptionis puritas velabatur, ita ut hominis fabri filius fabricator hominis putaretur. Et infirmitas corporis, qua nimirum plorans et vagiens, lactens et dormiens, et ceteris subiacens necessitatibus carnis, latebat inter haec virtus divinitatis. Sic et circumcisionis signum suscipiens, peccati remedium, aegritudinis medicinam, qui morbum omnem tollere venerat et peccatum. Et item in Aegyptum fugiens a facie Herodis reguli, nec Dei Filius agnosci poterat, nec rex caeli.

Yo pienso en siete cosas que ocultaban por completo la presencia de la divinidad en su carne, y hacían imposible abrir el rollo y conocer la sabiduría allí encerrada. Y se me ocurre que son éstas: el matrimonio de la Madre, por el cual queda oculto el parto virginal y la concepción inmaculada, hasta el punto de que el creador del hombre asara como hijo de un carpintero. La debilidad natural, que ora y suspira, mama y duerme, y acepta todas las demás necesidades, para encubrir de ese modo la fuerza de la divinidad. El hecho de someterse al rito de la circuncisión, como remedio del pecado y medicina contra la enfermedad; siendo así que él venía a suprimir toda dolencia y pecado. Huye también a Egipto por temor a Herodes, para que no fuera reconocido como Hijo de Dios y rey del cielo.

§ 3

Quid trina illa tentatio inimici in deserto, in pinnaculo, supra

montem? Si filius, inquit, Dei es, dic ut lapides isti panes fiant, et item: Mitte te deorsum. Neutrum Christus fecit, ut signaretur liber, ut falleretur astutus. Denique eousque seductus est, ut haberet iam pro constanti hominem esse purum, et in tantam vesaniam superbia caeca prorumperet, ut non diceret ultra: Si filius Dei es, sed: Haec omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me. Sextum est signaculum crucis, ubi pependit inter latrones et cum iniquis deputatus est.

¿Y qué nos dicen las tentaciones en el desierto, en el alero y en el monte? Si eres HiJo de Dios, le dice, di que las piedras se conviertan en panes. O: tírate abajo. Pero Cristo no hace nada de eso, porque quiere dejar bien sellado el sello, y engañar al astuto. Y tanto se engañó que lo toma por un simple hombre bueno; de aquí que, lleva o de su soberbia, ya no le dijo si eres HiJo de Dios, sino re daré todo esto si te postras y me rindes homenaje. El sexto sello es la cruz, donde el rey de la majestad estuvo colgado entre dos malhechores y lo tuvieron por un criminal.

§ 4

Dominus maiestatis. Clausit et sepultura librum hunc, nec ullum omnino signaculum sic adstrinxit, sic occultavit magnum pietatis sacramentum. Sepulto nimirum Domino, sola restare desperatio videbatur, adeo ut discipuli ipsi dicerent quia nos sperabamus. Quis non illo fleret in tempore clausum arctius librum, et non esse qui aperiret?

El sepulcro también selló este rollo, y ningún otro sello ató Y ocultó tanto este asombroso misterio de amor. Con el Señor en el sepulcro únicamente había lugar para desesperarse. Por eso los discípulos decían: nosotros esperábamos. ¿Quién no iba a llorar entonces al ver el rollo tan fuertemente cerrado y nadie capaz de abrirlo?

Capítulo 12

§ 1

Sed ne fleveris ultra, iannes sacte; etiam tu noli flere, Maria. Procul sit luctus, tristitiae nebula dissipetur. Exsultate, iusti, in Domino, et gloriamini omnes recti corde. Dignus est Agnus qui occisus est, Leo qui resurrexit, postremo, Liber ipse dignus est aperire seipsum. Resurgens nimirum a mortuis, resurgens autem virtute propria, et post tres dies sicut praedixerat, testimonium perhibentibus inimicis; et

resurgens in tanta maiestate et gloria, indicat manifeste quaecumque praediximus signacula vel operimenta voluntaria, non necessaria, nec conditionis fuisse, se dignationis.

Pero no llores, Juan; ni tú, María. Olvidad el llanto y la tristeza. Alegraos justos con el Señor; aclamadlo, los hombres sinceros. Lo merece el Cordero degollado, el León resucitado. El es el Libro que se abrirá a sí mismo. Y lo hará resucitándose a sí mismo de os muertos, resucitando por su propio poder, y siendo testigos de ello, a los tres días, sus propios enemigos. Una resurrección tan sublime y gloriosa manifiesta con evidencia que los sellos y velos eran voluntarios, no necesarios; que no procedían de su naturaleza, sino de su benevolencia.

§ 2

Quid tu nuper, Iudaeae, signabas lapidem monumenti? Quia seductor ille dixerat adhuc vivens: Post tres dies resurgam. Vere seductor, sed pius, non malitiosus. Denique seduxisti me, Domine, et seductus sum, ait Propheta vester in persona vestra; fortior fuisti et invaluisti. Seduxit vos o Iudaei in passione; nam in resurrectione invaluit et praevaluit vincens Leo de tribu Iuda.

¿Por qué sellabas, ¡oh judío!, hace unos días el sepulcro? Porque aquel seductor, estando en vida, anunció: a los tres días resucitaré. Cierto, era un seductor, pero bueno, no malvado. Lo dice el Profeta por vosotros: me sedujiste, Señor, y me dejé seducir; me forzaste, me violaste. Judíos: os sedujo en la pasión; y en la resurrección os forzó y os derrotó el león victorioso de Judá. Si lo hubieran descubierto no habrían crucificado al Señor glorioso. ¿Qué piensas hacer ahora? Lo anunció, y ha resucitado.

§ 3

Etenim si cognovissent, numquam Dominum gloriae crucifixissent. Qui ergo facturus es? Et praedixit, et iam revixit. Diligenter explora signaculum sepulturae: apertum est enim. Datur tibi signum Ioniae Prophetae, quia et hoc ipse praedixit. Egreditur Ionas de ventri ceti: Christus de corde terrae tertia die procedit. Nisi quod manifeste plus quam Ionas hic, qui semetipsum viriliter et ab ipso utero mortis eduxit. Propterea viri Ninivitae consurgent contra vos in iudicio, propterea ipsi iudices vestri erunt, quia Prophetae obtemperaverunt, vos nec Domino Prophetarum.

Examina atentamente los sellos del sepulcro: está de par en par. Tienes ante tus ojos el signo de Jonás, que él mismo te dio. Jonás salió del vientre del monstruo. Cristo surge de las entrañas de la tierra. Y convence mucho más que Jonás, porque se arrancó él mismo de las garras de la muerte. Los habitantes de Nínive se alzarán para carearse contra vosotros, y os condenarán: porque ellos escucharon al profeta, y vosotros habéis rechazado al Señor de los profetas.

Capítulo 13

§ 1

Ubi est quod dicebatis: Descendat de cruce, et credimus ei? Crucis signaculum dirumpere voluistis, promittentes ad fidem vos introituros. Ecce apertum, non diruptum est: introite. Alioquin si non creditis resurgenti, nec descendenti utique credidissetis. Sic vos scandalizabat crux Christi -Verum enim crucis Iudaeis quidem scandalum est, ait Apostolus-, excitet vos saltem novitas resurrectionis. Invenimus nos in cruce gloriam. Nobis qui salvamur, virtus Dei est, et omnium, ut ostendimus, plenitudo virtutum. Sit vobis pars vel in resurrectione.

¿No decíais: que baje de la cruz y creeremos en él? Intentabais romper el sello de la cruz y prometíais creer en él. Ya lo tenéis abierto, no roto: entrad. Si no creéis en el que ha resucitado, menos aún si hubiera bajado de la cruz. Si la cruz de Cristo os escandaliza -porque el mensaje de la cruz es un escándalo para los judíos- animaos al menos con el prodigio de la resurrección. Para nosotros la cruz es un orgullo. Para los que hemos recibido la salvación es un portento de Dios, y la plenitud de todas las virtudes. Compartid, al menos, la resurrección.

§ 2

Sed forte et illa, immo multo magis illa vos scandalizat, et odor vitae nobis in vitam, vobis est odor mortis in mortem. Quid ergo insistimus? Non sustinet audire symphoniam et chorum senior frater, occisum nobis saginatum vitulum indignatur. Foris stat, omnino non acquiescit intrare. Ingrediamur nos, fratres, et epulemur in azymis sinceritatis et veritatis e: etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Amplectamur commendatas nobis in cruce virtutes, humilitatem et patientiam, oboedientiam et caritatem.

Pero resulta que aquí reside vuestro mayor escándalo, y lo que para nosotros es un olor que da vida y sólo vida, para vosotros es un olor que da muerte y sólo muerte. Inútil continuar. El hermano mayor no soporta la música y el baile, y se indigna por el ternero cebado matado en nuestro honor. Está a la puerta y se niega a entrar. Entremos nosotros, hermanos, y celebremos la fiesta, con los panes sin levadura, que son el candor y la autenticidad, porque Cristo, nuestro Cordero pascual, ya fue inmolado. Y practiquemos las virtudes que nos predica desde la cruz: la humildad y paciencia, la obediencia y el amor.

Capítulo 14

§ 1

In hac quoque tam praecipua sollemnitate quid commendetur nobis, sedula cogitatione pensemus: nempe resurrectio, transitus, transmigratio. Christus enim, fratres, non recidit hodie, sed resurrexit; non rediit, sed transiit; transmigravit, non remeavit. Denique et ipsum quod celebramus Pascha, transitus, non reditus interpretatur, et Galilaea, ubi videndus nobis promittitur qui surrexit, non remeationem sonat, sed transmigracionem.

Consideremos, además, con atención, el mensaje de esta solemne festividad. Resurrección significa paso, transición. Cristo hoy no vuelve, sino que resucita; no retorna, sino que cambia de vida; ya no habita aquí, sino en otra patria. La misma Pascua que celebramos no significa retorno, sino paso. Y el nombre de Galilea, donde veremos al resucitada, quiere decir cambiar de país, y no permanecer en el mismo.

§ 2

Credo iam aliquorum ingenia praevolant, et quorsum haec velint tendere, suspicantur. Dicimus tamen breviter: praesertim ne devotionem vestram in tanta sollemnitate sermonis videatur prolixitas onerare. Si post consummationem crucis in nostram hanc mortalitatem et vitae praesentis aerumnas Christus Dominus revixisset, ego eum, fratres, non transiisse dicerem, sed rediisse non transmigrasse in sublimius aliquid, sed ad statum remeasse priorem. Nunc autem quia transiit in novitatem vitae, nos quoque invitat ad transitum, vocat in Galilaeam. Propterea siquidem quod mortuus est, peccato mortuus est semel, quia iam quod vivit, vivit non carni, sed Deo.

Ya veo que algunos se adelantan a mi discurso, e intuyen mis intenciones. Lo diré en dos palabras, pues no quiero hacerme pesado y quitaros la devoción que os inspira esta solemnidad. Si después de morir en la cruz, Cristo no hubiera resucitado y siguiera sometido nuevamente a nuestra existencia mortal y a las miserias de este mundo, para mí no habría cambiado de vida, sino retornado; no habría pasado a otra más perfecta, sino a la misma de antes. Pero si pasó realmente a una vida nueva nos invita también a nosotros a cambiar, nos espera en Galilea. Su morir fue un morir al pecado de una vez para siempre, porque su vivir no es un vivir para la carne, sino para Dios.

Capítulo 15

§ 1

Quid nos dicimus, qui sacram Domini Resurrectionem Paschae privamus nomine, ut sit nobis in reditum magis quam in transitum? Luximus his diebus, compunctioni et orationi, gravitati et abstinentiae dediti, ceterorum negligentias temporum sacro hoc quadragenario redimere et diluere cupientes. Communicavimus passionibus Christi, complantati ei sumus denuo per baptismum quemdam lacrimarum, paenitentiae, confessionis.

¿Qué diremos a todo esto nosotros, que vaciamos del sentido de Pascua la sagrada Resurrección del Señor, porque no hacemos de ella un paso, sino un retorno? Estos días hemos llorado, y nos hemos entregado a la oración y a la compunción, a la sobriedad y abstinencia, para quedar libres y absueltos en este santo tiempo de cuaresma de las negligencias de todo el año. Hemos compartido los sufrimientos de Cristo, y nos hemos vinculado de nuevo a él por el bautismo de las lágrimas, de la penitencia y de la confesión.

§ 2

Si ergo mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo? Si negligentias planximus, quid causae est ut recidamus nunc in easdem? Inveniemur nunc iterum curiosi ut ante, verbosi ut ante, pigri et negligentes ut ante, vani, suspiciosi, detractores, iracundi, ceterisque impliciti vitiis, quae tam anxie deploravimus his diebus? lavi pedes meos quomodo iterum inquinabo eos? Exui me tunicam meam; quomodo induam eam? Non est transmigratio haec, fratres: non sic

videbitur Christus, non hoc iter quo ostendat nobis Deus salutare suum. Denique qui retro respicit, indignus est regno Dei.

Si hemos muerto al pecado, ¿cómo vamos a vivir todavía sujetos a él? Si hemos sentido dolor de nuestros defectos, ¿vamos a reincidir en ellos? ¿Seremos tan curiosos como antes? ¿Tan charlatanes, perezosos y negligentes? ¿Tan vanidosos, sospechosos, detractores e iracundos? ¿Tornaremos a los mismos vicios que tan sinceramente hemos llorado estos días? Ya me quité la túnica, ¿cómo voy a ponérmela de nuevo? Ya me lavé los pies, ¿cómo voy a mancharlos otra vez? Hermanos, eso no es cambiar de vida. Así no veremos a Cristo, ni es éste el camino que nos lleva a la salvación de Dios. Porque como sabemos todos, quien sigue mirando atrás no vale para el Reino de Dios.

Capítulo 16

§ 1

Sic amatores saeculi, inimici crucis Christi, cuius in vanum accepto nomine dicuntur Christiani, toto hoc tempore quadragesimali ad instantes inhiant dies Resurrectionis, heu! ut liberius indulgeant voluptati. Obnubilat, fratres, sollemnitatis laetitiam materia tristior; sed ipsius plangimus sollemnitatis iniuriam, quam dissimulare non possumus nec in ipsa, immo minus in ipsa. Proh dolor! peccandi tempus, terminus recidendi facta est Resurrectio Salvatoris! Ex hoc nempe comessationes et ebrietates redeunt, cubilia et impudicitiae repetuntur et laxantur concupiscentiis frena, quasi vero ad hoc surrexerit Christus, et non magis propter iustificationem nostram.

Los amantes del mundo y enemigos de la cruz de Cristo llevan en balde el nombre de cristianos: suspiran toda la cuaresma por el día de Pascua, para entregarse desenfrenados al placer. De este modo una triste realidad anula el gozo pascual. Nos duele la injuria que se hace a esta solemnidad, porque se hace precisamente en ella. ¿Qué pena! La resurrección del Salvador se ha convertido en el tiempo propicio de pecar, en la cita para volver a caer. Vuelven las comilonas y borracheras, la obscenidad y el libertinaje; y se da vía libre a la concupiscencia. Como si Cristo hubiera resucitado para esto, y no para rehabilitarnos.

§ 2

Sic honoratis, miseri, Christum, quem suscepistis? Venturo parastis hospitium, confitentes peccata cum gemitu, castigantes corpora, eleemosynas impendentes; et ecce susceptum proditis inimicis, immo exire compellitis, priores nequitias admittendo. Neque enim cohabitatio esse potest luci ad tenebras, Christi cum superbia, cum avaritia, cum ambitione, cum fraterno odio, cum luxuria, cum fornicatione. Quid enim minus praesenti debetur quam venturo? Quid minus reverentiae Resurrectionis tempus exigit quam Passionis? Sed vos, ut manifestum est, neutram honoratis. Nam si compateremini, et conregnaretis; si commoreremini, et conresurgeretis.

¿Así honráis, miserables, al Cristo que aceptasteis? Antes de llegar le preparasteis hospedaje, confesando con lágrimas los pecados, mortificando el cuerpo y dando limosnas. Y ahora que ya lo tenéis con vosotros entregáis a los enemigos, y le obligáis a que se marche, porque tornáis a vuestros antiguos desenfrenos. ¿Pueden mezclarse la luz y las tinieblas? ¿Tiene algo que ver Cristo con la soberbia, la avaricia, la ambición, el odio entre hermanos, la lujuria o la fornicación? ¿Merece menos el que está presente que quien va a venir? ¿Pide menos santidad vivir el espíritu de Pascua que el de Pasión? A vosotros os importa lo mismo una cosa que otra. Porque si hubierais compartido sus sufrimientos, compartiríais ahora su gloria; y si hubierais muerto con él, estaríais también resucitados.

Capítulo 17

§ 1

Nunc autem ex sola consuetudine temporis et simulatione quadam humiliatio illa processit, quam non sequitur exaltatio spiritualis. Propter hoc, ut ait Apostolus, multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi. Propter hoc crebra in diversis regionibus hominum mortalitas, specialiter his diebus. Quid enim? Deprehensi estis inter angustias praevaricatores, non qui praevaricati estis, sed qui persistitis in peccato, addentes praevaricationem, aut penitus impaenitentes, aut tepide paenitentes, nec periculosa fugientes, vel post miseram experientiam, incentiva peccati.

Esta lamentable situación que impide la renovación espiritual, se debe a las costumbres seculares a la desidia. Como dice el Apóstol, ésta es la razón de que haya entre vosotros muchos enfermos y achacosos y de que hayan muerto tantos. Esta es la causa de tantas muertes como suceden por todas partes en nuestros días. Ya veis, transgresores, cómo os domina la ansiedad, no por ser transgresores,

sino por aferraros a vuestro pecado y amontonar delitos. No os arrepentís, o lo hacéis con indolencia; ni evitáis los peligros de pecar, a pesar de que los conocéis por experiencia.

§ 2

Irretivit vos inimicus perplexis, ut ait Scriptura, nervis testiculorum. Si hac conscientia Christi sacramenta refugitis, nihil vobis commune cum Christo: non habetis vitam in vobis. Ipsum audite dicentem: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Si indigne suscipitis, iudicium vobis manducatis, sanctum Domini non diiudicandis. Redite ergo, praevaricatores, ad cor, et in toto corde quaerite Dominum et odite malum, paenitentes non verbo tantum et lingua, sed spiritu et veritate.

Como dice la Escritura: el enemigo os ha agarrotado los nervios secretos de los testículos. Mientras os comportéis así con los misterios de Cristo, no sois de Cristo, ni tendréis vida. Escuchad: si no coméis la carne y no bebéis la sangre del Hijo del hombre, no tendréis vida en vosotros. Si lo recibís indignamente, os tratáis vuestra condenación, porque no discernís el don sagrado el Señor. Rebeldes, entra dentro de vosotros, y buscad al Señor con todo vuestro ser. Odiad el mal y arrepentíos, no sólo de palabra y con la lengua, sino con espíritu y verdad.

§ 3

Quia vero non satis cecidisse piget hominem, ut videtur, qui manere adhuc disponit in lubrico, aut errasse, qui ducem non quaerit, sit verae compunctionis indicium, opportunitatis fuga, subtractio occasionis. Alioquin timendum valde, ne dies ista, -siquidem et ipsa posita est in ruinam et resurrectionem multorum-, reprobet vos, vel tamquam manifeste alienos a Christo, Christo non communicantes, vel tamquam socios Iudae, in quem intravit Satanás post buccellam.

Pero a estos hombres no les pesa haber caído: siguen en el resbaladero; ni creen estar equivocados: no se dejan guiar por nadie. Ojalá dieran muestras de auténtica compunción, huyendo de las ocasiones y alejándose del peligro. En caso contrario temed la condena de ese día, que está establecido para que muchos caigan o se levanten. Si vivís totalmente ajenos a Cristo y desligados de él, si sois camaradas de Judas, en quien entró Satanás al comer el trozo de pan, estad ciertos que os condenará.

Capítulo 18

§ 1

Sed quid ad nos, fratres, de his qui foris sunt iudicare? Nisi quod in eodem nos fuisse laqueo plangimus, ab eodem erutos gratulamur, sola misericordia operante, in quo miserabiliter eos detineri fraterna caritate dolemus. Utinam autem vel nos iam sanctificati et penitus alieni ab hac misera et sacrilega consuetudine inveniamur, nec quidquam in nobis pereat, aut minuatur de exercitio spirituali sacrae resurrectionis adventu, sed transire magis et excrescere studeamus. Quicumque enim post lamenta paenitentiae non ad carnales redit consolationes, sed in fiduciam divinae miserationis excedit et ingreditur novam quamdam devotionem et gaudium in Spiritu Sancto, nec tam compungitur praeteritorum recordatione peccatorum quam delectatur memoria et inflammatur aeternorum desiderio praemiorum, is plane est qui cum Christo resurgit, qui Pascha celebrat, qui festinat in Galilaeam.

Pero nosotros no somos quién para juzgar a los de fuera. Lo hacemos únicamente porque también nosotros estuvimos en aquel fango, del cual fuimos arrancados por pura misericordia, y nos duele ver a estos hermanos nuestros todavía sumergidos en él. Dios quiera que nosotros estemos ya totalmente santificados y libres de esa miserable y sacrílega costumbre. Y que nuestra vida espiritual no decaiga ni se debilite al llegar el tiempo de la resurrección, sino que nos esforcemos en mejorar y superarnos. El que después de los rigores de la penitencia no vuelve a los consuelos humanos, sino que vive confiado en la misericordia divina y respira el fervor y gozo del Espíritu Santo; el que ya no se angustia con el recuerdo de los pecados pasados, sino que se deleita y se inflama con el recuerdo y deseo de los premios eternos, ése es el que resucita con Cristo, el que celebra la Pascua, el que corre a Galilea.

§ 2

Vos ergo, carissimi, si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quae sursum sunt sapite, non quae super terram, ut, quemadmodum Christus resurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et vos in novitate vitae ambuletis, ut a saeculari laetitia et consolatione mundi per compunctionem et tristitiam, quae secundum Deum est, ad devotionem sanctam et spiritualem vos transire gaudeatis exultationem, ipso praestante qui transivit ex hoc mundo ad Patrem, et nos quoque

trahere post se et in Galilaeam vocare dignatur, ut semetipsum nobis ostendat, qui est super omnia Deus in saecula benedictus.

Vosotros, hermanos, si habéis resucitado con Cristo, buscad lo de arriba, donde Cristo está sentado a la derecha de Dios; estad centrados arriba, no en la tierra, para que así como Cristo fue resucitado de la muerte por el poder del Padre, así también vosotros empecéis una vida nueva. Cambiad las alegrías y consuelos humanos por la compunción y tristeza que Dios quiere, para gozar de la devoción santa y espiritual. Nos la concederá aquel que pasó de este mundo al Padre, y nos llama a Galilea para manifestarse a nosotros. Él es Dios por los siglos.

SERMO SECUNDUS / SERMON SEGUNDO

In die sancto Paschae, de lectione evangelica: Maria Magdalene, et reliqua

En el santo día de Pascua. Sobre el texto evangélico: María Magdalena..., etc.

Capítulo 1

§ 1

Accepimus ab Apostolo habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Unde videtur non incongrue intelligi posse, tamdiu Christum in nobis vivere, quamdiu vivit fides. At postquam fides nostra mortua est, quodammodo Christus mortuus est in nobis. Porro fidei vitam opera attestantur, sicut scriptum est: Opera quae dedit mihi Pater, ipsa testimonium perhibent de me. Nec discrepare videtur ab hac sententia, qui fidem sine operibus mortuam asserit in semetipsa.

Nos dice el Apóstol que Cristo vive por la fe en lo íntimo de nuestro ser. Podemos afirmar en consecuencia que si tenemos una fe viva Cristo vive en nosotros. Pero si nuestra fe está muerta, Cristo no vive en nosotros. La prueba de una fe viva son las obras, como dice la Escritura: Las obras que el Padre me ha encargado realizar, me acreditan como enviado del Padre. Lo mismo enseña el que afirma que la fe, si no tiene obras, es un cadáver. El movimiento demuestra que nuestro cuerpo está vivo, y las buenas obras que la fe vive.

§ 2

Sicut enim corporis huius vitam ex motu suo dignoscimus, ita et fidei vitam ex operibus bonis. Itaque vita quidem corporis anima, per quam movetur et sentit; vita vero fidei caritas es, quia per illam operatur, sicut in Apostolo legis: Fides quae per dilectionem operatur. Unde et frigescente caritate fides moritur, sicut corpus anima recedente. Tu ergo si videris hominem in bonis operibus strenuum et fervore conversationis hilarem, vivere in eo fidem ne dubites, indubitata tenens vitae illius argumenta. Sed nonnulli, cum spiritu coeperint, heu! carne postea consummantur. Scimus autem quia iam tunc non permaneat in eis spiritus vitae, quia scriptum est: Non permanebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est. Quod si non permanet spiritus, haud dubium quin excidat caritas, quae nimirum diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.

La vida del cuerpo procede del alma, por la cual se mueve y siente; y la vida de a fe es el amor, que le hace capaz de obrar. Recordemos aquello del Apóstol: La fe actúa por el amor. Si se enfría el amor la fe muere, como ocurre con el cuerpo al separarse el alma. En consecuencia, cuando vemos que una persona se dedica con ardor a las buenas obras, a una vida honesta, estamos convencidos de que tiene una fe viva, porque tenemos pruebas evidentes. Pero algunos comienzan por el espíritu y terminan en la carne. Ya no tienen el espíritu vital. Lo dice la Escritura: Mi espíritu no durará por siempre en el hombre, puesto que es de carne. Y si no hay espíritu desaparece el amor que inunda nuestros corazones por el Espíritu Santo que se nos ha dado.

Capítulo 2

§ 1

Porro fidei vitam, ut iam diximus, in caritate constituit, qui fidem per dilectionem perhibuit operari. Hinc ergo colligitur, recedente spiritu fidem mori, quoniam Spiritus est qui vivificat. Denique si sapere secundum carnem mors est, non dubium quin illi, quos vivere laetabamur, quamdiu facta carnis spiritu mortificabant, secundum carnem viventes plangendi sint tamquam mortui. Unde et in eodem Apostolo legis: Si, inquit, secundum carnem vixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.

Hemos dicho que una persona cimienta la vida de la fe en el amor, si manifiesta que su fe se actualiza en obras de amor. Y al que no tiene espíritu le falta la fe, porque sólo el espíritu da vida. Quienes se entregan a los bajos instintos están muertos; y no hay duda que si celebramos con gozo la vida de quienes refrenan sus vicios, debemos llorar por muertos a quienes viven entregados al placer. Lo leemos en el Apóstol: si vivís según los bajos instintos vais a la muerte, y al contrario, si con el Espíritu dais muerte a las bajas acciones, viviréis.

§ 2

Vae tibi quicumque es canis reversus ad vomitum, sus lota in volutabro luti! Non eos tantum loquor qui corpore, sed etiam eos qui corde redeunt in Aegyptum, saeculi huius oblectamenta sectantes, ac perinde fidei vitam, quae est caritas, non habentes. Si quis enim diligit mundum, non est caritas Patris in eo. Quis magis mortuus eo qui fovet ignem in sinu, peccatum in conscientia, nec sentit, nec expavescit, nec excutit?

Desgraciado del perro que vuelve a su propio vómito, y de la cerda lavada que se revuelca en el fango. Me refiero a quienes retornan a Egipto corporalmente, y sobre todo con el corazón; se dejan ofuscar por los regalos del mundo, y carecen de la vida de la fe que es el amor. Quien ama al mundo no lleva dentro el amor del Padre. Al muerto de verdad no le abrasa el fuego en sus entrañas, ni el pecado en su conciencia: ni siente, ni se asusta, ni lo arroja de sí.

Capítulo 3

§ 1

Ecce igitur Christus est in sepulcro, fides mortua est in animo. Quid faciemus ei? Quid fecerunt sanctae mulieres, quae solae ex omnibus suis ampliori tenebantur affectu? Emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum. Numquid ut suscitarent? Et nos, fratres, scimus quia suscitare nostrum non est, sed ungerere nobis incumbit. Cur hoc? Nempe ne foeteat qui huiusmodi est, ne sit ceteris odor mortis, ne pereffluat et penitus dissolvatur. Emant proinde aromata sua tres mulieres, mens, lingua, manus. De his enim, ut arbitror, Petrus mandatum accepit tertio pascere gregem Domini: Pasce, inquit, mente, pasce ore, pasce opere: pasce animi oratione, verbi exhortatione,

exempli exhibitione.

Contemplemos a Cristo en el sepulcro, y a un alma de fe muerta. ¿Podremos hacer algo? ¿Qué hicieron las santas mujeres, las únicas que demostraron un amor inmenso? Compraron aromas para ir a embalsamar a Jesús. No para resucitarle. Sabemos perfectamente que lo único que podemos hacer es embalsamar, no resucitar. Y eso, para que no huela mal, ni contagie a otros, o se descomponga y se disuelva. Compren, pues, aromas las tres mujeres: a mente, la lengua y las manos. También a Pedro se le ordenó por tres veces apacentar el rebaño del Señor: que lo apaciente con el espíritu, con la boca y con las obras. Que cuide de las ovejas con la oración interior, con las palabras de exhortación y con el ejemplo de las obras.

Capítulo 4

§ 1

Quaerat igitur mens aromata sua: ante` omnia compassionis affectum, dehinc rectitudinis zelum, et inter haec discretionis spiritum non omittat. Quoties enim peccantem videris fratrem, continuo procedere debet compassionis affectus, tamquam cognatus humanitati, quippe quem concipis ex teipso. Vos, inquit Apostolus, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne et tu tenteris. Et cum Dominus exiret baiulans sibi crucem, et plangerent super eum, nondum quidem omnes tribus terrae, sed mulieres paucae, conversus ad eas: Filiae, inquit, Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete et super filios vestros.

Adquiera, pues, el espíritu sus aromas: en primer lugar el afecto de la compasión; después el celo de la rectitud; y no olvide la discreción. Si ves que un hermano comete una falta, trátale con sentimientos de compasión, como partícipe que es de tu misma naturaleza, como si tú mismo lo hubieras engendrado. Vosotros, dice el Apóstol, los hombres de espíritu, recuperad a ese tal con mucha suavidad; estando tú sobre aviso, no vayas a ser tentado también tú. Cuando el Señor iba con la cruz a cuestas se lamentaban por él, no todo el mundo, sino unas cuantas mujeres; y él se volvió hacia ellas y les dijo: Mujeres de Jerusalén, no lloréis por mí; llorad más bien por vosotras y por vuestros hijos. Fíjate cómo responde: primeramente por vosotras, y después por vuestros hijos.

§ 2

Ordinem diligenter attende. Super vos, primo; deinde super filios vestros. Temetipsum attende, ut alii noveris compati, ut arguas in spiritu lenitatis. Teipsum considera, ne et tu tenteris. Sed quia exemplum efficacius persuadet et altius imprimi animo, mitto vos ad sanctum illum Senem qui, cum audisset peccasse unum ex fratribus, amarissime flebat, inquiens: Ille hodie, et ego cras. Qui sic flebat super se, putas quia non compassus sit fratri? Hic itaque compassionis affectus multis quidem prodest, quia animus liberalis contristare, quem pro se viderit anxium, erubescit.

Examínate a ti mismo, y así aprenderás a compadecerte del prójimo y amonestarle con mucha suavidad. Obsérvate a ti mismo, no vayas a ser tentado también tú. Pero como el mejor argumento y lo que más convence es el ejemplo, os remito a aquel santo anciano de quien se cuenta que, al conocer los pecados de otro hermano, lloraba amargamente y decía: ¿Hoy él, mañana yo?. ¿Crees que no se compadece del hermano, quien así llora por sí mismo? Este sentimiento de compasión es muy provechoso, porque a un hombre comprensivo no se le ocurre atormentar al que ya está suficientemente apenado.

Capítulo 5

§ 1

Sed quid agimus, quod nonnulli dura cervice et attrita sunt fronte, ut quo magis eis compatimur, tanto magis nostra et compassione, et patientia abutantur? Nonne sicut compatiebamur fratri, ita ipsi iustitiae compatiendum est, quam videmus tam impudenter abici, tam imprudenter provocari? Scio quia, si qua in nobis est caritas, contemptum hunc Dei ferre aequanimiter non possumus. Hic est zelus iustitiae, quo adversus delinquentes accendimur, tamquam pietate ducti erga eam, quam contemni videmus, iustitiam Dei. Verumtamen oportet ut priora sibi vindicet compassionis affectus. Alioquin in spiritu vehementi conterimus naves Tharsis, conterimus quassatum calamum, exstinguimus linum fumigans.

Pero ¿qué podemos hacer con esa gente testaruda, que cuanto más nos compadecemos de ella más abusa de nuestra piedad y benevolencia? ¿No debemos compadecernos también de la justicia, lo mismo que del hermano al verla tan impunemente despreciada y provocada? Estoy convencido de que si amamos la verdad, no podemos soportar a sangre fría este desprecio de Dios. El celo de la

justicia nos inflama contra los transgresores, y actuamos por amor a la justicia de Dios, que vemos pisoteada. A pesar de todo debemos dar la preferencia al sentimiento de compasión. No sea que con la violencia del huracán destrocemos las naves de Tarsis, quebramos la caña cascada o apaguemos el pabalo vacilante.

Capítulo 6

§ 1

Sed cum uterque aderit, videlicet et compassionis affectus, et zelus iustitiae, necesse est ut adsit spiritus discretionis, ne forte, cum oporteat hunc exhiberi, ille procedat, et indiscretio ipsa confundat universa. Habeat itaque mens nostra tertium, spiritum discretionis, ut miscens apte temporibus tempora, opportune aemulari et nihilominus ignoscere sciat. Samaritanus sit, custodiens et observans, quando oleum misericordiae, quando vinum fervoris exhibeat. Et ne forte meum putetis inventum, Prophetam audite in Psalmo haec eadem et eodem ordine postulantem: Bonitatem, inquit, et disciplinam et scientiam doce me.

Cuando se dan ambas cosas, esto es, el afecto de la compasión y el celo de la justicia, conviene que actúe el espíritu de discreción; no sea que utilicemos una cosa en vez de otra, y suframos las consecuencias de la indiscreción. Cultivemos, pues, el espíritu de discreción, y según las circunstancias, conjuguemos el celo ardiente con la misericordia. Como aquel buen samaritano que sabe proveerse a utilizar a su tiempo el óleo de la misericordia y el vino de ardor. No penséis que esto es una invención mía: el Profeta pide estas mismas cosas y con el mismo orden, en un salmo: Instrúyeme en la bondad, en la disciplina y en la sabiduría.

Capítulo 7

§ 1

Sed unde haec nobis? Neque enim talia profert virtutum germina terra cordis nostri, sed magis spinas et tribulos germinat nobis. Emere ergo oportet. A quo autem emenda sunt? Ab eo utique qui ait: Venite, emite absque argento et absque ulla commutatione vinum et lac. Non ignoratis, quid lactis dulcedo, quid vini designet austeritas. Quid est autem emere sine argento et sine commutatione? Non talis est emptio apud amatores huius saeculi; sed apud auctorem saeculi alia esse non

potest. Propheta enim dixit Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Quam igitur ei commutationem dabit homo pro gratia sua, qui nullius eget, et cuius sunt universa? Gratia gratis datur; etiam cum emitur, gratis emitur, quia quod datur pro ea, nobis melius retineur.

¿Dónde podemos conseguir las? La tierra de nuestro corazón no produce estas plantas, sino zarzas y espinas. Debemos comprarlas. ¿A quién? A aquel que dijo: Venid, comprad sin pagar y de balde vino y leche. Sabéis muy bien que la leche simboliza la dulzura y el vino la sobriedad. Pero ¿qué significa comprar sin pagar y de balde? Esto no se estila en los negocios del mundo, pero con el dueño del mundo no hay otra solución. Por eso dice el profeta al Señor: Tú eres mi Dios porque no necesitas de mis bienes. ¿Cómo va a pagarle el hombre sus gracias, si Dios no necesita nada, y es el dueño del mundo? La gracia es algo gratuito; incluso cuando se compra lo hacemos gratis, porque nos quedamos con eso mismo que pagamos por ella.

Capítulo 8

§ 1

Tria igitur aromata mentis nummo propriae voluntatis emenda sunt, quam quidem dimittentes nihil amittimus, etiam et lucratur plurimum, commutantes illam in melius, ut communis fiat quae propria fuit. Porro communis voluntas caritas est. Emimus ergo absque commutatione, recipientes quod non habuimus, et quod habuimus melius retinentes. Quando vero compatietur fratri, qui in propria voluntate nescit compati nisi sibi? Aut quando amans seipsum diliget iustitiam aut odio habebit iniquitatem? Simulare quidem potest ante oculos hominum, etiam et semetipsum seducere, ut, cum privato amore vel odio ducitur, compassionis affectum aut zelum putet esse iustitiae.

Compremos, pues, estos tres aromas del espíritu con el precio de nuestra propia voluntad. Al desprendernos de ella no perdemos nada. Salimos ganando, porque la cambiamos por otra mejor: la voluntad propia se hace común. Y la voluntad común es el amor. Compramos sin dinero, porque recibimos lo que no teníamos, y aumentamos con creces lo que teníamos. ¿Podrá compadecerse del hermano el que, llevado de su propia voluntad, sólo se compadece de sí mismo? ¿Amará el bien y odiará la maldad el que se ama a sí mismo? Movidado por el amor propio o el odio, creará que practica sentimientos de compasión o aplica el rigor de la justicia; y de este modo engañará a los hombres y se engañará a sí mismo.

§ 2

Verum facile est nosse quam sint aliena a propria voluntate, quae propria sunt caritatis, cui illa recta fronte contrariam se constituit. Nam caritas benigna est, caritas super iniquitate non gaudet. Iam de spiritu discretionis scimus quia nihil sic illum exstinguit, quomodo voluntas propria, subvertens corda hominum et rationis oculos claudens. Emenda proinde sunt tria mentis aromata, affectus compassionis, rectitudinis zelus et spiritus discretionis, nummo, ut dictum est, propriae voluntatis.

Pero es muy fácil distinguir lo que procede de la voluntad propia o del amor, porque son dos eternos rivales. El amor es afable y no lleva cuentas del mal. En cambio, el peor enemigo del espíritu de discreción es la voluntad propia, que trastorna el corazón humano y ciega la razón. Compremos tres aromas para el alma: sentimientos de compasión, empeño por la equidad y espíritu de discreción. Y paguémoslos con la moneda de la voluntad propia.

Capítulo 9

§ 1

Linguae quoque aromata tria nihilominus sunt modestia in increpando, copia in exhortando, efficacia in persuadendo. Vis habere haec aromata? Eme illa a Domino Deo tuo. Eme, inquam sicut et priora, sine ulla commutatione: ut aliquid recipias, perdas nihil. Eme a Domino moderatam correptionem, quia omnino magnum quoddam bonum, datum optimum est, et quod habeant pauci. Linguam enim, ut ait beatus Iacobus, nemo domare potest. Videas multos, sincera licet intentione et benigno accedant animo, leviter dicere quod graviter audiatur. Volat irrevocabile verbum, et quod sanare debuerat, quia mordacius forte videtur, exasperat et exulcerat magis, quando negligentiae additur impudentia, etiam et impatientia cumulatur, ut qui in sordibus erat, sordescat adhuc, declinans in verba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis ac, more phrenetici non solum repellens, sed et mordere tentans medici manum.

Los tres aromas que necesita la lengua son: moderación en reprender, facilidad en exhortar y eficacia en persuadir. ¿Quieres poseerlos? Cómpraselos al Señor tu Dios. Cómpralos sin dinero, como los anteriores: consigue lo que puedas y no pagues nada. Cómprale al

Señor la moderación en corregir: es un don extraordinario, todo un buen regalo y rarísimo de encontrar. Dice Santiago que no hay hombre capaz de domar la lengua. Muchos, con la mejor intención y magnífica voluntad hablan irreflexivamente y molestan mucho. Las palabras corren en todas direcciones, y aquella frase que debía ser medicina, aviva enconada aún más la herida por su acento mordaz. Si a la negligencia se le une la petulancia, crece la impaciencia, y el manchado sigue manchándose. Se vale de todos los medios a su alcance para excusar su pecado, y a semejanza del frenético, rechaza o intenta morder la mano del médico.

§ 2

Multis quoque non suppetit verborum copia, sed prae sermonis inopia linguam suam palato sentiunt adhaerescere, quod et ipsum interdum solet audientibus obesse non parum. Aliis vero ad manum est abundantia multa sermonis; sed quae dicunt, minus sapiunt, minus acceptantur, et quia gratiam non habent, minus efficacia sunt quae loquuntur. Vi es quam necesse sit emere ab eo, a quo omne bonum est, a quo omnis scientia, modestiam in increpando, copiam in exhortando, efficaciam in persuadendo.

Otros no tienen facilidad de palabra, y ante la falta de expresión sienten que la lengua se les pega al paladar. Lo cual molesta mucho a quienes le escuchan. Y otros tienen una palabra muy fluida, pero no es agradable ni amena; y al carecer de gracia no surte efecto. Ya ves cómo necesitamos comprar al dueño de todo bien y de toda ciencia moderación para reprender, facilidad para exhortar y eficacia para persuadir.

Capítulo 10

§ 1

Proinde eme ista nummo confessionis, ut prius peccata confitearis tua quam ad purganda accedas aliena. Magnum prorsus et mirabile sacramentum animae suscitatio: vide ne ad illud immundus accedas. Quod si forte non potes innocens, immo quia non potes, lava inter innocentes manus tuas, antequam circumdes monumentum Domini: omnia siquidem in confessione lavantur. Et haec ablutio in quamdam innocentiam tibi deputabitur, ut inter innocentes assistas. Ad altaris officium nemo accedit in veste communi, sed quisquis accessurus est, albis induitur. Et tu ergo, cum ad Domini monumentum properas, lavare, dealbare, induere vestimentis gloriae ut dicatur tibi:

Confessionem et decorem induisti, quia ubi confessio, ibi in conspectu Domini pulchritudo est. Haec pro eo dicta sunt, ut aromata linguae, moderata increpatio, copiosa exhortatio, efficax persuasio nummo confessionis emantur.

Compra todo esto con la moneda de la confesión: antes de corregir a los demás confiesa tus pecados. Salvar un alma es un misterio extraordinario: no te acerques con tu alma manchada. Si no eres inocente, y no lo eres, lava tus manos en la inocencia antes de acercarte al altar de Dios: la confesión todo lo limpia. Esta purificación te devolverá la inocencia y te permitirá actuar como todos los inocentes. Nadie celebra los divinos oficios con el vestido ordinario, sino revestido de alba. Tú, pues, cuando subas al altar de Dios, lávate, vístete de blanco, ponte el traje de gala; que todos te digan: Te has vestido de confesión y belleza. Sí, la confesión nos embellece ante Dios. Así, pues, creemos que con el precio de la confesión se compran los aromas para la lengua: la reprensión moderada, la exhortación asidua y la persuasión e caz.

Capítulo 11

§ 1

Verumtamen legimus, et quotidianis etiam experimentis didicimus, cuius vita despicitur, restat ut praedicatio contemnatur. Paret ergo et manus aromata sua, ne subsannet nos Sapiens tamquam pigrum illum, cui labor sit manum ad os porrigere, ne possit dicere quem arguis: Tu qui alium doces, teipsum non doces. Alligas enim onera gravia et importabilia et imponis ea in humeros hominum, digito tuo nolens ea movere. Dico vobis: Sermo quidem vivus et efficax exemplum est operis, facile persuadens quod intendimus, dum factibile probat esse quod suademus. Pro huiusmodi habeat necesse est etiam manus aromata sua, continentiam in carne, misericordiam in fratre, patientiam in pietate. Unde Apostolus ait: Sobrie et iuste et pie vivamus.

Pero nos dicen los libros y la experiencia cotidiana que, cuando la vida de una persona es indigna, sus palabras caen en el vacío. Procúrese, pues, la mano sus aromas, para que no se mofe de nosotros el Sabio, como lo hace del holgazán que se cansa con sólo llevarse la mano a la boca; ni le responda al que reprende: enseñando tú a otros, ¿no te enseñas nunca a ti mismo? lías fardos pesados y los cargas en las espaldas de los demás, mientras tú no quieres empujarlos ni con un dedo. Os digo una vez más que el mejor sermón

es el ejemplo de las obras; convence fácilmente y demuestra que es posible lo que aconsejamos. Para ello la mano necesita sus propios aromas: la continencia corporal, la misericordia con el hermano y la perseverancia en la piedad. Lo dice el Apóstol: vivamos con equilibrio, rectitud y piedad.

§ 2

Haec enim tria sunt conversationi nostrae maxime necessaria, quoniam primum debemus nobis, secundum proximo, tertium Deo. Nam qui fornicatur, in corpus suum peccat, magno illud privans honore, et pavendo addicens pudendoque dedecori, tollens membrum Christi et faciens membrum meretricis. Ego autem non ab ea tantum, quae tam abominabilis est, sed ab omni voluptate carnis continendum dico.

Son tres cosas muy necesarias en nuestra vida: la primera para con nosotros, la segunda para con el prójimo y la tercera para con Dios. Porque el lujurioso perJudica a su propio cuerpo: lo despoja de su excelsa nobleza, y lo sume en una terrible y repugnante abyección; le quita un miembro a Cristo y lo hace miembro de una prostituta. No sólo debemos evitar este vicio tan detestable, sino toda especie de incontinencia.

§ 3

Ante omnia igitur perfectam hanc continentiam quaere, quam debes ipsi tibi: nemo enim tibi propinquior est. Dehinc adde misericordiam, quam debes proximo, quia cum eo salvandus es; deinde etiam patientiam quam debes Deo, quia ab eo salvandus es. Omnes enim qui pie vivere volunt in Christo, persecutionem patiuntur, et: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

Procura, pues, en primer lugar, la continencia que te debes a ti mismo: tu primer prójimo eres tú mismo. Añade a esto la misericordia que debes al prójimo, porque te salvarás junto con él. Y no olvidas tampoco la paciencia que te pide Dios, de quien recibirás la salvación. Pues todo el que se proponga como buen cristiano será perseguido. Y tenemos que pasar mucho para entrar en el Reino de Dios.

§ 4

Vide ergo ne per impatientiam pereas, sed universa pro eo sustine,

qui prior pro te maiora sustinuit, et apud quem patientia infructuosa non erit, sicut ait Propheta: Patientia pauperum non peribit in finem.

Según esto, cuídate mucho de no perderte por la impaciencia: sopórtalo todo por amor de aquel que antes sufrió mucho más por ti, y que recompensa todo acto de paciencia. Así lo dice el Profeta: la paciencia del humilde no perecerá.

Capítulo 12

§ 1

Porro haec manus aromata nummo subiectionis emuntur. Haec est enim quae dirigit gressus nostros et sanctae conversationis gratiam promeretur. Nam si contraria lex inventa est in membris nostris per inoboedientiam, quis nesciat per oboedientiam continentiam dari? Ipsa quoque est quae misericordiam ordinare novit, ipsa quae patientiam docet et donat.

Estos aromas para las manos se adquieren con el precio de la sumisión. Ella dirige nuestros pasos y nos merece la gracia de una vida honesta. En nuestro cuerpo percibimos impulsos de rebelión, pero la sumisión trae consigo la continencia. Sabe inspirar misericordia y derrochar paciencia.

§ 2

Cum his igitur aromatibus accede ad eum, in quo fides mortua est. Verum si consideremus quam magnum sit ad nos suscitare eum qui eiusmodi est, quam difficile sit vel accedere ad cor eius, quod lapidea quaedam obstinatio et impudentia clausit, puto quod dicere habeamus et nos: Quis revolvat nobis lapidem ab ostio monumenti? Attamen dum sic trepidi veremur accedere, cunctantes ad tam grande miraculum, fit nonnumquam ut, solita pietate, praeparationem cordis nostri audiat auris divina, et a vocem virtutis eius resurgat qui erat mortuus. Et ecce Angelus Domini, hilaritas quaedam in vultu illius, tamquam in ostio monumenti nobis apparet, et fulgor quidam index resurrectionis, ut aperte videatur Facies illius immutata,

Acércate ya con todos estos perfumes al que tiene una Fe muerta. Cuando nos damos cuenta de lo que supone resucitar a una tal persona, y cuán difícil es llegar a tocar su corazón, encerrado tras la losa de la obstinación y de la insolencia, suspiramos y decimos:

¿quién nos correrá la losa de la entrada del sepulcro? Mas ocurre que, mientras nos acercamos tímidos, y dudamos de ese gran milagro, Dios mismo atiende compasivo los deseos de nuestro corazón, y con su voz poderosa resucita al muerto. Y el ángel del Señor, que es la sonrisa de su rostro, aparece ante nosotros a la puerta del sepulcro; y el resplandor -señal de la resurrección- cambia totalmente su aspecto.

§ 3

accessum praebens nobis ad cor suum, immo et advocans, ipsumque obstinationis suae revolvens lapidem, et sedens super eum, ita ut suscitata fide ipsa etiam linteamina, quibus obvoluta fuerat, ipse demonstret. Dumque omnia quae in corde suo prius acuta antur aperi, et confitetur quomodo seipsum sepelierat intus, ipsam tepiditatem et negligentiam suam prodens: Venite, inquit, et videte lorum, ubi positus erat Dominus.

Tenemos ya todo abierto para llegar a su corazón, y él mismo nos llama. El ángel retira la losa de su obstinación y se sienta sobre ella. Nos presenta la fe vuelta a la vida, y nos muestra el sudario con que le habían envuelto. Nos descubre todo lo que anidaba antes en su corazón, confiesa como se había enterrado a sí mismo, y publica su tibieza e indolencia diciendo: Venid a ver el sitio donde yacía el Señor.

SERMO TERTIUS / SERMON TERCERO

De lepra Naaman

La lepra de Naamán

Capítulo 1

§ 1

Sicut in corporum medicina prius purgationes adhibentur, deinde refectiones, ut scilicet prius exinaniatur corpus ab humoribus noxiis, dehinc cibis sanioribus foveatur, sic medicus animarum Dominus Christus, cuius tota dispensatio, quam exhibuit in carne, medicina salutis est, ante passionem, suam septem dedit purgationes, post resurrectionem suam totidem cibos salubres pariter et suaves. Eliseus noster Naaman leprosum septies in Iordane mergi praecepit, qui interpretatur descensus. In descensu Domini nostri Iesu Christi, id est in humilitate conversationis eius, quam exhibuit ante passionem, mundamur et purgamur; in resurrectione vero et vita quam ostendit quadraginta diebus, reficimur et delectabilibus pascimur alimentis.

Para sanar el cuerpo primeramente lo purgamos, y después lo alimentamos: eliminamos los malos humores y lo reanimamos con manjares sanos. Eso mismo hace Jesucristo, médico de las almas, que hizo de toda su vida mortal una medicina para devolver la salud. Antes de morir en la cruz nos hizo siete purgas, y después de resucitar nos ofreció otros siete alimentos exquisitos y sabrosos. Nuestro nuevo Eliseo mandó al leproso Naamán que se bañara siete veces en el Jordán, que significa descenso. Con el descendimiento de nuestro Señor Jesucristo, es decir, con la actitud humilde que precedió a su muerte, nos limpia y nos purga. Y con su resurrección y los cuarenta días que vivió después entre nosotros, nos fortalece y sustenta con excelentes manjares.

§ 2

Septempliciter enim occupavit nos lepra superbiae, in proprietate possessionum, in gloria vestium, in voluptate corporum, in ore quoque dupliciter, similiter et in corde. Prima est lepra domus, qua divites esse

volumus in hoc saeculo. Sed ab ista mundamur, si mergimur in lordane, id est in Christi descensu. Invenimus enim quoniam ille, cum esset dives, propter nos pauper factus est. Descendit ab inenarrabilibus caeli divitiis et veniens in mundum, nec istas qualescumque divitias habere voluit, sed in tanta paupertate venit, ut natus continuo poneretur in praesepio, quia non erat locus in diversorio. Denique quis nescia, quoniam Filius hominis non habebat ubi caput reclinaret? Qui bene mergitur hic, quando quaeret divitias huius mundi? Et vere magna abusio, nimis magna, ut dives esse velit vermiculus vilis, propter quem Deus maiestatis et Dominus Sabaoth voluit pauper fieri.

De siete maneras se había apoderado de nosotros la lepra de la soberbia: con el ansia de riquezas, con la vanidad en el vestir, con el placer corporal, dos veces por la lengua y otras dos por el corazón. La primera lepra es la de casa: queremos ser ricos en este mundo. Nos limpiamos de ella bañándonos en el Jordán, esto es, en la humildad de Cristo. Vemos que él, siendo rico, se hizo pobre por nosotros. Al venir a este mundo dejó las riquezas infinitas el cielo, y no quiso tampoco poseer cualquier otra clase de riquezas de la tierra; deseó ser tan pobre que su cuna fue un pesebre, por no encontrar sitio en la posada. Todos sabemos que el Hijo del hombre no tuvo donde reclinar la cabeza. ¿Buscará todavía las riquezas del mundo el que se da un buen baño en este río? ¿Es posible imaginar una locura mayor que soñar con riquezas un miserable gusano, por el cual el Dios de la majestad y del poder se hizo voluntariamente pobre?

Capítulo 2

§ 1

Porro in lepra vestis, omnem saeculi huius pomposam intellige vanitatem. Nam ab illa nihilominus in lordanis mersione mundaberis, ubi invenies Christum Domini vilibus pannis involutum, factum opprobrium hominum et abiectioem plebis. A lepra quoque corporis mundamur in ipso lordane, s, bene cogitantes Dominicam passionem, erubescimus sequi corporis voluptatem.

En la lepra del vestido pongamos toda la vanidad y pompa de la vida. Desaparecerá de nosotros en el baño del Jordán, cuando encontremos al Ungido del Señor envuelto en pobres añales, y convertido en vergüenza de la gente y desprecio el pueblo. También quedamos limpios de la lepra corporal en el mismo Jordán, si meditamos seriamente la Pasión del Señor y renunciamos al placer

sexual.

§ 2

At in ore, ut diximus, duplex est lepra. Cum enim a versi quidquam contigerit, murmuramus, et impatientiae verbum tamquam leprae sanies effluit. Sed ab hae mundamur, si illum attendimus, qui tamquam ovis ad occisionem ductus est et non aperuit os suum, qui, cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. In prosperis quoque contra eum qui dixit: Non qui seipsum commendat, ille probatus est, commendamus nosmetipsos, non in multa patientia, sed in arrogantia et inquinat nos altera lepra, verbum iactantiae. Ut ergo mundemur ab illa, mergamur in Iordane et imitemur eum, qui non quaerebat gloriam suam. Unde et daemonia quae clamabant quia ipse esset Dei filius, praecipiebat obmutescere, et illuminatos caecos dicere prohibebat.

En la boca, como antes dije, hay una doble lepra. Ante una contrariedad murmuramos, y aparece la lepra de las palabras impacientes. Para limpiarnos de ella fijémonos en el cordero llevado al matadero, y que como oveja ante el esquilador, enmudecía y no abría la boca. Cuando le insultaban no devolvía el insulto; mientras padecía no profería amenazas. Cuando nos visita la prosperidad, en cambio, olvidamos aquel consejo: el que presume, que presuma del Señor, y nos encumbramos sobre los demás, no precisamente por nuestra paciencia, sino llevados de la arrogancia; tenemos la lepra de las palabras arrogantes. Si queremos curarla entremos al Jordán, e imitemos al que no buscaba su propia gloria. Hacía callar a los demonios que le aclamaban Hijo de Dios, y no quería que lo pregonaran los ciegos a quienes sanaba.

Capítulo 3

§ 1

In corde duplex est lepra: propria voluntas et proprium consilium. Lepra utraque nimis pessima, eoque perniciosior magis quo interior. Voluntatem dico propriam, quae non est communis cum Deo et hominibus, sed nostra tantum, quando quod volumus, non ad honorem Dei, non ad utilitatem fratrum, sed propter nosipsos facimus, non intendentes placere Deo et prodesse fratribus, sed satisfacere propriis motibus animorum. Huic contraria est recta fronte caritas, quae est Deus.

En el corazón existen también dos clases de lepra: la voluntad propia y el juicio propio. Ambas son pésimas, y además muy peligrosas porque son internas. Llamo voluntad propia a la que no es común con Dios y con los hombres, sino únicamente nuestra. Queremos algo, no para gloria de Dios o utilidad de los hermanos, sino para nuestro provecho personal; nuestro fin no es agradar a Dios y ser útiles a los demás, sino satisfacer nuestras ambiciones. La caridad es otra cosa diametralmente opuesta: la caridad es Dios.

§ 2

Haec enim adversus eum inimicitias exercens est, et guerram crudelissimam. Quid enim odit aut quid punit Deus, praeter voluntatem propriam? Cesset voluntas propria, et infernus non erit. In quem enim ignis ille desaeviet, nisi in propriam voluntatem? Etiam nunc, cum frigus aut famem, aut aliquid tale patimur, quid laeditur nisi voluntas propria? Quod si voluntarie sustinemus, iam ipsa voluntas communis est; sed infirmitas. quaedam et velut pruritus voluntatis adhuc de proprio est, et in illo omnes poenas sustinemus, donec penitus consumatur.

Por eso la voluntad propia está siempre en guerra abierta contra él. Lo único que Dios odia y castiga es la voluntad propia. Cese la voluntad propia y no habrá infierno. El fuego eterno solamente se ceba en ella. Incluso ahora, cuando tenemos hambre, frío u otro dolor cualquiera, nos quejamos por nuestra propia voluntad. Pero si lo aceptamos, esa voluntad se convierte en común. Aunque nos quede algo de malestar o escozor de la voluntad propia; por eso seguimos sufriendo hasta que desaparezca por completo.

§ 3

Nam voluntas illa proprie dicitur, cui assentimur, et cui se liberum inclinatur arbitrium. Haec autem desideria et concupiscentiae, quae invitos tenent, non voluntas, sed corruptio voluntatis est. Porro voluntas propria quo furore Dominum maiestatis impugnet, audiant et timeant servi propriae voluntatis. Primo nempe subtrahit semetipsam, et subducit eius dominatui, cui tamquam auctori servire debuerat, dum efficitur sua. Sed numquid contenta erit hac iniuria? Addit adhuc et quod in se est, omnia quoque quae Dei sunt tollit et diripit. Quem enim modum sibi ponit humana cupiditas? Nonne qui per usuram acquirit pecuniam modicam, similiter mundum lucrari conaretur universum, si non deesset possibilitas, si suppeteret voluntati facultas? Dico

fiducialiter: nemini qui sit in propria voluntate posset universus mundus sufficere.

Hablamos de la voluntad, en cuanto facultad a la que asentimos, y a la que se somete el libre albedrío. Porque los deseos y concupiscencias que reinan en nosotros, no son la voluntad, sino una voluntad corrompida. Escuchen y tiemblen los esclavos de la propia voluntad con qué saña ataca al Señor de la majestad. En primer lugar se hace independiente y al declararse autónoma se sustrae de aquel a quien debe servir como creador suyo. Pero no se contenta sólo con esto. En cuanto que de ella depende, se apropia y saquea todo lo que es de Dios. La ambición humana no acepta fronteras. El usurero que consigue una pequeña fortuna quisiera poseer el mundo entero, si fuera posible y si tuviera medios para ello. Digámoslo abiertamente: al que se deja llevar de la voluntad propia no le basta el mundo entero.

§ 4

Sed utinam vel rebus istis esset contenta, ne in ipsum -horribile dictu!-, desaeviret auctorem. Nunc autem et ipsum, quod in ipsa est, Deum perimit voluntas propria. Omnino enim vellet Deum peccata sua aut vindicare non posse, aut nolle, aut ea nescire: Vult ergo eum non esse Deum, quae, quantum in ipsa est, vult eum aut impotentem, aut iniustum esse, aut insipientem. Crudelis plane et omnino execranda malitia, quae Dei potentiam, iustitiam, sapientiam perire desiderat. Haec est crudelis bestia, fera pessima, rapacissima lupa e et leaena saevissima. Haec est immundissima lepra animi, propter quam in Iordane mergi oporteat et imitari eum qui non venit facere voluntatem suam; unde et in passione: Non mea inquit, voluntas, sed tua fiat.

¡Si al menos quedara satisfecho con todas estas cosas, y no se ensañara -causa horror decirlo- contra el mismo Creador! Porque, en cuanto de ella depende, la voluntad propia mata al Creador. Desearía que Dios fuese incapaz de castigar sus pecados, o bien que no quisiera hacerlo o que los desconociese. Es decir, que en vez de ser Dios, fuese impotente, injusto e ignorante. La maldad más cruel y detesta le es intentar destruir el poder, la justicia y la sabiduría de Dios. Es una bestia cruel, una fiera sin entrañas, una loba sanguinaria, una leona implacable. Es la lepra horrorosa del alma, cuyo único remedio es sumergirse en el Jordán e imitar a aquel que no quiso hacer su voluntad, y dijo antes de morir: No se haga mi voluntad, sino la tuya.

Capítulo 4

§ 1

Lepra vero proprii consilii eo perniciosior es, quo magis occulta, et quanto plus abundat, tanto sibi quisque sanior esse videtur. Haec illorum est qui zelum Dei habent, sed non secundum scientiam, sequentes errorem suum et obstinati in eo, ita ut nullis velint consiliis acquiescere. Hi sunt unitatis divisores, inimici pacis, caritatis expertes, vanitate tumentes, placentes sibi et magni in oculis suis, ignorantes Dei iustitiam et suam volentes constituere. Et quae maior superbia, quam ut unus homo toti congregationi iudicium suum prae erat, tamquam ipse solus habeat spiritum Dei? Idololatriae scelus est non acquiescere, et quasi peccatum ariolandi.

La lepra del propio juicio es también peligrosa, porque está muy oculta, y porque al ser tan frecuente se la considera como algo bueno. Es muy propia de los que tienen un gran fervor religioso, pero mal entendido. Viven tan envueltos y obstinados en el error que no aceptan el consejo de los demás. Destrozan la unidad y a paz, no saben amar, son temerarios y llenos de suficiencia, rechazan el plan de Dios y se empeñan en implantar el suyo. ¿Existe algo peor que la soberbia, por la que un hombre impone su parecer a toda la comunidad, como si él sólo tuviera el espíritu de Dios? La obstinación es un delito de idolatría o un pecado de magia.

§ 2

Eant nunc qui se faciunt religiosiores aliis, qui non sunt sicut ceteri hominum. Ecce arioli et idololatrae facti sunt, si tamen vel ei qui dixit hoc plus quam sibi iudicant esse credendum. Neque huic dissonat Veritatis sermo, quem dixit: Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Sed ubi poterit haec lepra mundari, nisi in Iordane? Ibi mergere, quicumque huiusmodi es, et attende quid fecerit magni consilii Angelus, quomodo consilium suum postposuerit consilio vel magis voluntati mulieris unius -beatam Virginem loquor, et fabri pauperis, ipse est Ioseph. Inventus enim in medio doctorum, audiens eos et interrogans, quodammodo increpatus a Matre est: Fili, quid fecisti nobis sic? At ille: Quid erat, inquit, quod me quaerebatis? Nesciebatis quia in bis, quae Patris mei sunt, oportet me esse? At illi non intellexerunt verbum.

Que lo escuchen quienes se creen distintos y más santos que los demás. Según el juicio divino -y no el suyo propio- se han convertido en hechiceros e idólatras. Lo mismo dice el Maestro de la verdad: si no

hace caso a la comunidad, considéralo como un pagano o un extraño. El único medio de curar esta lepra es ir al Jordán. Sumérgete allí, si tienes esta enfermedad, y observa lo que hizo el Ángel del gran consejo: posponer su juicio al juicio o deseo de una mujer -me refiero a la Virgen- y de un pobre carpintero llamado José. Lo encuentran sentado en medio de los maestros, escuchándolos y haciéndoles preguntas, y su madre le dice: Hijo, ¿por qué te has portado así con nosotros? El les contesta: ¿Por qué me buscabais? ¿No sabíais que yo tenía que estar en la casa de mi Padre? Pero ellos no comprendieron esta palabra.

§ 3

Et quid fecit Verbum? Non capiebatur in se: descendit, ita ut esset etiam sub illis. Quis iam non erubescat obstinatus esse in consilio suo quando suum Sapientia ipsa deseruit? Sic mutavit consilium suum, ut quod iam tunc ceperat, ex tunc usque ad tricesimum aetatis suae annum prorsus dimiserit. Nihil enim ab hoc duodecimo anno de eius doctrina vel operibus invenis usque ad annos triginta.

Qué hizo entonces la Palabra? Nadie era capaz de comprenderlo: descendió y se puso bajo su autoridad ¿Quién no se avergonzará de mantener tercamente su juicio, al ver cómo la Sabiduría prescinde del suyo? Y de tal modo pospuso su criterio, que perseveró en esta actitud hasta la edad de treinta años. En todo este tiempo no sabemos nada de su doctrina ni de sus obras.

Capítulo 5

§ 1

Sed forte quaerendum ab ipso est quomodo voluntatem suam consiliumve reliquerit. O Domine, voluntas, de qua dixisti ut non fieret, si bona non erat, quomodo tua erat? Si bona erat quare relicta est. Sic et consilium, si non bonum, quomodo tuum? Si bonum, quomodo relinquendum? Et bona erant, et eius erant, neque minus tamen relinquenda, ob hoc videlicet ut fierent meliora. Neque enim oportebat propria praeiudicare communibus.

Nos interesa mucho preguntarle cómo renunció a su propia voluntad y juicio. Señor, cuando pedías que no se cumpliera aquella voluntad, ¿era tuya si no era buena? ¿Y si era buena, por qué renunciaste a ella? Y lo mismo decimos del juicio: si no era bueno, ¿cómo podía ser

cuyo? Y si era bueno, ¿por qué renunciaste a él? Ambas cosas eran buenas, y eran tuyas; pero podía renunciar a ellas para hacerlas mucho más perfectas. No convenía anteponer lo propio a lo común.

§ 2

Erat ergo voluntas Christi, et bona erat, qua dicebat: Si fieri potest, transeat a me calix iste. Sed ea de qua dicebat: Fiat voluntas tua, melior erat, quia communis non solum Patris, sed et Christi ipsius latus est enim, quia voluit-, et nostra. Nisi enim granum frumenti cadens in terram mortuum esset, ipsum solum maneret; mortuum vero multum fructum attulit. Atque haec voluntas Patris erat, ut videlicet haberet quos adoptaret in filios; Christi erat, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus; nostra erat, quia pro nobis faciebat ut redimeremur.

Las palabras: si es posible pase de mí este cáliz, eran una voluntad expresa y buena de Cristo. Pero aquellas otras: hágase tu voluntad, manifiestan otra mucho más perfecta: la voluntad común con el Padre, consigo mismo -se ofreció porque quiso- y con nosotros. Si el grano de trigo cae en tierra y no muere, queda infecundo; en cambio, si muere, da fruto abundante. Tal era la voluntad del Padre, para tener hijos adoptivos; y la de Cristo, para ser el mayor de una multitud de hermanos; y la nuestra, porque nos interesaba ser redimidos.

§ 3

De consilio quoque dicimus. Christi enim erat, et bonum erat consilium illud quod ait: Quia in bis quae Patris mei sunt, oportet me esse. Sed quia illi non intellexerunt, mutavit illud consilium, ut nos mundaret ab ea lepra, quae proprii consilii est. Exemplum enim dedit nobis, ut et nos ita faciamus. Nam ab initio noverat quid esset factururus; sed voluit formam nobis humilitatis istius exhibere, et ad lavandam pessimam hanc lepram divinum in seipso parare Iordanem. Audiant igitur utriusque pariter, qui propriae voluntatis et qui proprii consilii lepra sordent; audiant quid Spiritus dicat ecclesiis, brevi uno versiculo lepram utramque condemnans: Sapientia, ait, quae desursum est, primum qui em pudica, contra propriae voluntatis impuritatem, deinde pacifica, contra proprii consilii obstinatam rebellionem.

Del juicio decimos lo mismo: aquel juicio era de Cristo, y era bueno, porque dijo: Yo tenía que estar en la casa de mi Padre. Pero al no comprenderlo ellos, cambió de actitud, para limpiarnos la lepra de nuestro juicio. Nos da un ejemplo a imitar. Sabía muy bien desde siempre lo que iba a hacer, mas quiso ofrecernos este acto de

humildad, y convertirse en Jordán para lavarnos de esta lepra. Prestad atención los que estáis manchados con la doble lepra de la voluntad y juicio propios. Escuchad la palabra que el Espíritu dirige a la Iglesia, y cómo condena una y otra lepra: el saber que procede de lo alto es, ante todo, límpido, rechaza la impureza de la voluntad propia; y es además apacible, no admite la rebelión obstinada del juicio propio.

Capítulo 6

§ 1

Cum ab his septem purgatus fuerit aeger, tamquam post septem sellas quaerat septem fercula, quae sunt septem dona Spiritus Sancti. Porro sicut in vita Domini ante passionem septem purgationes invenimus, sic et in apparitionibus septem quae post resurrectionem factae leguntur, septem illa dona Spiritus Sancti possumus invenire. In prima spiritum timoris accipe, quando venientibus mulieribus sanctis descendit Angelus de caelo, et terrae motus factus est, ita ut ipsas timore perterritas oportuerit ab Angelo consolari. In spiritu pietatis apparuit Simoni, quia magna omnino, et vere Domino Iesu digna pietatis dignatio, quo ei quasi singulariter et ante ceteros dignatus est apparere, quem prae ceteris de negatione eius rea conscientia confunde at, ut, ubi abundavit delictum, superabundaret et gratia.

Cuando el enfermo se haya limpiado de estas siete especies de lepra, con siete baños, pida los siete alimentos o dones del Espíritu Santo. Así como antes de la pasión del Señor encontramos en su vida siete purificaciones, también en las siete apariciones que siguieron a la resurrección podemos ver los siete dones del Espíritu Santo. En la primera manifiesta el espíritu de temor: un ángel desciende del cielo ante las mujeres y tiembla la tierra. Ellas se atemorizan y el ángel las anima. A Simón se apareció en el espíritu de piedad: condescendencia grande y digna de Jesús el Señor, querer aparecerse a él personalmente y antes que a los demás; a conciencia le atormentaba más que a ninguno, pero donde proliferó el pecado sobreabundó la gracia.

§ 2

In spiritu scientiae duobus pergenti us in Emmaus Scripturas exposuit, incipiens a Moyse et Prophetis. In spiritu fortitudinis ianuis clausis intravit, ostendens manus et latus, sicut solent in signum virtutis clypeorum foramina demonstrari. In spiritu consilii frustra in piscatione laborantes mittere in dexteram rete consuluit. In spiritu intellectus

aperuit eis sensum, ut intelligerent Scripturas. In spiritu sapientiae die quadragesimo eis apparuit, quando, videnti us illis, elevatus est, et viderunt Filium hominis ascendentem ubi erat prius. Usque ad illam enim diem quasi per stultitiam praedicationis salvos faciebat credentes, postquam vero coram eis ascendit ad Patrem, iam coepit sapientia declarari.

Con el espíritu de sabiduría explicó las Escrituras a los peregrinos de Emaús, comenzando por Moisés y siguiendo por los Profetas. Por el espíritu de fortaleza entró en casa con las puertas cerradas, y mostró las manos y el costado, lo mismo que se muestran en señal de valor los agujeros de los escudos. Con el espíritu de consejo indicó a los que no habían pescado nada que echaran la red a la derecha. Con el espíritu de inteligencia les abrió el entendimiento para que comprendieran las Escrituras. Y con el espíritu de sabiduría se apareció a los cuarenta días y vieron su ir al Hijo del hombre a donde estaba antes. Hasta ese día salvaba a quienes creían en él por la locura de la predicación; mas cuando subió al Padre comenzó a manifestarse como verdadera sabiduría.

SERMO QUARTUS

SERMON CUARTO

In diebus resurrectionis, quomodo quibusdam nondum natus est
Christus

En los días de Pascua. Para algunos Cristo no ha nacido todavía

Capítulo 1

§ 1

Omnia quae de Salvatore legimus, medicamina sunt animarum nostrarum. Videamus ergo ne quando forte dicatur de nobis: Curavimus Babylonem et non est sanata. Cogitet unusquisque, quantum operentur in eo tam salutaria medicamenta. Sunt enim quibus nondum natus est Christus, sunt quibus nondum est passus, sunt quibus non surrexit usque adhuc. Aliis quoque nondum ascendit, aliis nondum misit Spiritum Sanctum.

Todo cuanto se nos dice del Señor es medicina para nuestras almas. Estemos, pues, muy atentos, no llegue a decirse de nosotros: Hemos tratado a Babilonia y no se cura. Pensemos qué efecto producen en nosotros esos remedios tan valiosos. En unos Cristo todavía no ha nacido, en otros no ha muerto, y en otros aún no ha resucitado. En algunos no ha subido al cielo y en otros todavía no ha enviado el Espíritu Santo.

§ 2

Quomodo enim operatur eius humilitas qui, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus esse se aequalem Deo, semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, quomodo, inquam, Dei humilitas in superbo homine operatur? Quae illius humilitatis vestigia in his, qui adhuc toto desiderio terrenis divitiis et honoribus inhiant? An non modo exhilaratur conscientia vestra, fratres mei, quod dicere potestis: Parvulus natus est nobis? Sunt quibus nondum Christus passus est, qui labores fugiunt, mortem metuunt usque adhuc, quasi vero ille et labores sustinendo, et mortem moriendo non vicerit.

¿Es eficaz en un hombre soberbio la humildad del que a pesar de su condición divina, no se aferró a su categoría de Dios, se despojó de su rango y tomó la condición de esclavo? ¿Qué huellas vemos de la modestia de Cristo en aquellos que suspiran insaciables por las riquezas y honores del mundo? ¿No se dilata vuestro espíritu al proclamar: nos ha nacido un niño? Cristo no ha nacido para os que rehuyen el trabajo y temen la muerte, puesto que no aceptan que su victoria consistió en soportar el dolor y pasar por la muerte.

Capítulo 2

§ 1

Sunt quibus nondum surrexit, qui in laborum anxietate et afflictione paenitentiae morte afficiuntur tota die nondum spirituali consolatione recepta. Sed nisi breviati fuissent dies illi, quis posset sustinere? Aliis surrexit Christus, sed nondum ascendit; immo cum eis adhuc pia dulcedine commoratur in terris, his scilicet qui in devotione sunt tota die, flent in orationibus, suspirant in meditationibus suis, et omnia festiva et iucunda sunt eis, et per omnes dies illos continuum Alleluia cantatur. Sed oportet ac eis subtrahi, ut discant vesci solido cibo, et expedit eis ut Christus vadat, et haec temporalis devotio subtrahatur.

Cristo no ha resucitado en aquellos que sienten angustias mortales frente al peso de la vida y el rigor de la penitencia, y desconocen los gozos del espíritu. Si no se acortasen esos días, sería imposible perseverar. En otros Cristo resucitó, pero no subió al cielo: vive todavía con ellos en la tierra en una piadosa inocencia. Son fervorosos, y oran en la oración y suspiran en la meditación, siempre están alegres y contentos, y hacen de sus días un continuo aleluya. Conviene retirarles la leche y enseñarles a comer alimentos sólidos: les conviene que Cristo los deje solos y carezcan de ese fervor novicio.

§ 2

Sed quando hoc capere poterunt? Desertos sese a Domino, privatos gratia conqueruntur. Sed exspectent paululum, sedeant in civitate, donec induantur solidiori quadam virtute ex alto et maiora percipiant charismata Spiritus Sancti, sicut Apostoli in gradum promoti sunt altiore et, supereminentiorem viam caritatis ingressi, non iam solliciti quomodo flerent paululum, sed quomodo magna quadam victoria de communi adversario triumpharent et conculcarent Satanam sub pedibus suis.

¿Serán capaces de comprenderlo? Al no sentir a Dios creerán no estar en gracia. Esperen y permanezcan en la ciudad hasta que reciban de lo alto virtudes más sólidas y los dones del Espíritu Santo. Los Apóstoles, cuando fueron elevados a un grado superior, y entraron en el camino excepcional del amor, olvidaron sus antiguas lágrimas, y sólo pensaban en vencer al enemigo común y pisotear a Satanás.